



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

# Colour Chart #13


DANES  
-PICTA  
COM

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



268 1/2





W Y P I S Y  
Z AUTORÓW KLASYCZNYCH  
DO NAUK  
W SZKOŁACH NARODOWYCH  
S T Ó S O W A N É.  
*Trzeci raz wydane*

Bez oprawy. } . . . . . gro: 20.

*Spisem ofiar 2105 gr 10.*



W KRAKOWIE 1786. R.  
w Drukarni Szkoły Głównej Koronnej.

*Jan Skalski*



Dzieło *Wypisy z Autorów Klassycznych*, z zlecenia Kommissyi Naszey na Sessyi dnia siódmego Wrzesnia Roku 1775. przez Towarzystwo do Xiang Elementarnych ułożone; po rozważnym onegoż roztrząśnieniu, Szkołóm Narodowym do użycia podług przepisów Naszych, wyznaczamy.

IGNACY Xzę MASSALSKI Biskup Wiléński, Prezydaiący.

MICHÁŁ Xzę PONIATOWSKI Biskup Plocki.

AUGUST Xzę SULKOWSKI Wda Kaliski.

JOACHIM CHREPTOWICZ Podkan. W. X. Lit.

MICHÁŁ MNISZECH Sekretárz W. X. Lit.

HIACYNT MALACHOWSKI Referénd. Kor.

IGNACY POTOCKI Pisárz W. W. X. Lit.

ADÁM Xzę CZARTORYSKI Gen. Ziém Pod.

JĘDRZÉY MOKRONOWSKI Gen. Inspek. Woysk Kor.

STANISLÁW Xzę PONIATOWSKI Gen. Liút. W. K.

FRANCISZEK BIELIŃSKI Star. Czérski.

ANDRZÉY ZAMOYSKI Kawal. Ord. Orta Biáté.

# W Y P I S Y NA KLASSE TRZECIĄ.

## DO MORALNÉY NAUKI.

O Przystoyném obcowaniu i pozyciu iednego z drugim.

1. **D**Ecorum in omnibus factis & dictis, in corpõris denique motu & statu cernitur . . . in hoc continetur cura etiam illa, ut probemur iis, quibuscum & apud quos vivamus. . . Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, tenent decorum. Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda: ne quid effaeminatum aut molle, & ne quid durum aut rusticum sit.

2. Adhibenda est praeterea munditia, non odiosa neque exquisita nimis; sed quae fugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Eadem ratio est adhibenda vestitus: in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Cavendum est, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Elaborandum etiam est, ne animi motus a natura recedant: quod assequemur

A

quemur



quemur, si cavebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus, & si attentos animos ad decori conservationem tenebimus. *Cicero.*

Alter se justo plus colit, alter se justo plus negligit. . . Fateor insitam esse nobis corporis nostri charitatem. Non nego indulgendum illi, serviendum nego: serviet autem, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. . . Agatur ejus cura, ita tamen, ut exiget ratio, dignitas, ac bona valetudo.

Mundae vestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum & elegans animal est. Quod de veste dixi, idem de corpore me existima dicere. Nam hoc quoque natura, ut quandam vestem, animo circumdedit. *Seneca . . .*

3. Ut pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine & constantia, moderatione dictorum omnium atque factorum. Adhibenda est igitur quaedam reverentia adversus homines, & opti-

---

O Cyceronie i o inszych tu wzmiankowanych Autorach, o których żadnego nie będzie się kładło przypisu, znaydziesz potrzebną wiadomość w *Wy-pisach na pierwszą i drugą Klasy.*

& optimi cujusque, & reliquorum. Nam negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem, quod differat in omni ratione habenda, inter justitiam & verecundiam. Justitiae partes sunt: non violare homines, verecundiae: non offendere.

Praeclare Socrates dicebat, hanc esse proximam & quasi compendiariam viam ad famam & gloriam, si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. Quod si qui inani ostentatione & ficto sermone ac vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. Ficta enim omnia celestiter tanquam flosculi decidunt, nec simulatum quidquam potest esse diuturnum. *Cicero.*

Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum auresque vitare? Mala conscientia etiam in solitudine anxia atque sollicita est; bona turbam advocat. Quid refert neminem scire, cum tu scias? o! te miserum, si contemnis hunc testem!

4. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic, tanquam illo spectante vivamus, & omnia, tanquam illo vidente faciamus. Hunc nobis custodem, hunc paedagogum datum putemus. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat. Elige itaque Catonem: si hic videtur tibi nimis rigidus, eli-



ge remissioris animi virum . . . illum semper tibi ostende vel custodem vel exemplum . . .

Nulla res animos in pravum inclinabiles magis revocat ad rectum, quam bonorum conversatio. Viri boni frequenter auditi, frequenter aspecti, nobis multorum praeceptorum instar sunt: occursum mehercule ipse sapientum juvat; & est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias . . . Quid tibi vitandum praecipue existimem, quaeris? turbam. Nondum enim illi te tuto commiseris. Nemo non aliquid nobis vitium aut commendat, aut imprimit . . . Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt. . . Sumuntur a conversantibus mores, & ut quaedam in contactos corporis vitia transiliunt; ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus, convictores in amorem vini traxit: impudicorum caetus, fortem quoque & silicem virum emollit: avaritia, in proximos virus suum transtulit. Eadem ex diverso ratio virtutum est. *Seneca.*

5. Privatum oportet aequo & pari cum civibus jure vivere, neque submissum & abjectum, nec se efferentem, tum in republica ea velle, quae tranquilla & honesta sint. Talem enim & sentire bonum civem, & dicere solemus. Rerum autem omnium nec aptius est quidquam ad opes tuendas, quam diligi: nec alienius, quam timeri. Praeclare enim *Ennius*: quem metunt, oderunt; quem

quem quisque odit, periisse expetit . . . Malus enim est custos diurnitatis metus, contraque benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem . . . Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes & potentiam valet plurimum, id amplectamur, ut metus absit, charitas retineatur. Ita facillime quae volumus, & privatis in rebus, & in republica consequemur. *Cicero.*

6. Eos, quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de republica sentientes, ac bene meritos aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos observare & colere debemus: tribuere etiam multum senectuti. In rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est: praeclaraque est aequabilitas in omni vita, & idem semper vultus eademque frons. *Cicero.*

7. Diligenter cavendum est, ne minimis rebus exasperemur. Parum agilis est puer, aut mensa negligentius posita? ad ista ira concitari, insania est. Aeger & infelicitis valetudinis est, quem levis aura laedit: imbecilli oculi sunt, quos candida aut rubra vestis obturbat. Ubi animum simul & corpus voluptates corrumpere, multa intolerabilia



lia videntur: non quia dura illa sunt, sed quia nos molles... Insania quoque est, adversus inanima & non sensura irasci. *Seneca.*

8. Sit sermo lenis minimeque pertinax: insit in eo lepos. Nec vero tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios; sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudine nonnunquam utendum putet. Ac videat inprimis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat, si jocosis, leporem. Inprimis provideat, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus. Quod maxime tum solet evenire, cum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut severe, aut maledice contumelioseque dicitur. Habentur autem plerumque sermones, aut de domesticis negotiis, aut de republica, aut de artium studiis & doctrina. Danda igitur opera est, ut etiam si aberrare ad alia caeperit, ad haec revocetur oratio. Sed utcumque aderunt res (neque enim omnes iisdem rebus, nec in omni tempore, nec similiter delectamur) animadvertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat, & ut incipendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Sed quoniam in omni vita rectissime praecipitur, ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes; sic ejusmodi motibus sermo debet

bet vacare, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut quid tale appareat. Maximeque curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferemus, & vereri & diligere videamur. . . . Deforme etiam est de se ipso praedicare, falsa praesertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Duplex est jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum . . . Facilis est distinctio ingenii & illiberalis joci. Alter est, si tempore fit ac remisso animo, libero dignus: alter ne homine quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas. *Cicero.*

9. Cum aliquid obscenum coram te dictum fuerit; aut, si opportunitas feret, eum objurgabis, qui sermonem illum injecerit, aut silentio, rubore, tristi vultu ostendes eam orationem tibi displicuisse. *Quintilianus.*

Absentem qui rodit amicum,  
Qui non defendit alio culpante, solutus  
Qui captat risus hominum, famamque dicacis,  
Fingere qui non visa potest, commissa tacere  
Qui nequit, hic niger est; hunc tu Romane  
caveto. *Horatius.*

Laedere nunquam velimus, longeque absit propositum illud, potius amicum, quam



quam dictum, perdere . . . . Adversus mi-  
seros inhumanus est jocus. *Quintilianus*.

Plerumque stulti risum dum captant levem,  
Gravi destringunt alios contumelia,  
Et sibi nocivum concitant periculum.

*Phaedrus.*

Scipionem Nasicam, cum aedilitatem  
peteret, repulsam passum esse retulimus;  
quod civem, cujus manus erant rustico la-  
bore duratae, interrogasset: *an manibus so-  
litus esset ambulare?* Apud Persas lingua ca-  
stigabatur gravius, quam quodvis probrum:  
nec magnam rem sustineri posse credebant  
ab eo, cui tacere grave esset. *Q. Curtius.*

10. Iracundis hominibus ob oculos  
ponere inutile non erit exempla moderata  
& lenia eorum, quibus nec ad irascendum  
causa defuit, nec ad ulciscendum potestas.  
Quid facilius fuit regi Antigono, quam du-  
os milites ad supplicium duci jubere, qui  
proximi regio tabernaculo de rege suo mul-  
ta temere effutiebant. Audiērat omnia An-  
tigonus, utpote cum inter dicentes & au-  
dientem velum tantum interesset: quod il-  
le leviter commovit, & longius, inquit,  
discedite

---

*Quintus Curtius Rufus* sławny Historyk Łaciński,  
żył pierwszego wieku po Chrystusie, za panowania  
Wespazjana, lub jak inni twierdzą, za Cesarza Klau-  
dyusza. Napisał Historya Alexandra Wielkiego, na  
10. Xiążek podzieloną. Wielę w nięj kawałków nie  
dostaie, i pierwsze dwie Xięgi całę zginęły.

discedite, ne vos rex audiat. . . . Multa &  
Caesar Augustus digna memoria fecit di-  
xitque, quibus apparēat iram illi non im-  
perasse. Timagēnes historiarum scriptor,  
quaedam in ipsum, quaedam in uxorem  
ejus & in totam domum dixerat; nec  
perdidērat dicta. Avide enim excipitur, &  
per ora hominum circumfertur mordax di-  
ctum. Saepe illum monuit Caesar, ut mo-  
deratius lingua uteretur; perseveranti, do-  
mo sua tantum interdixit. . . . Postea Ti-  
magēnes historias, quas scripsērat, combus-  
sit, & libros acta Caesaris Augusti continen-  
tes, in ignem posuit. Dicat ergo quisque  
sibi, quoties lacesitur: numquid potentior  
sum Philippo? illi tamen impune maledi-  
ctum est. Numquid in domo mea plus pos-  
sum, quam toto orbe terrarum Divus Au-  
gustus potuit? ille tamen contentus fuit con-  
viciatorem a se dimittere. Quid est, qua-  
re ego flagellis puniam servi mei elatus  
responsum, & contumaciorē vultum, &  
non pervenientem usque ad me murmura-  
tionem? Quis sum, cujus aures laedi ne-  
fas sit? Ignoverunt multi hostibus: ego  
non ignoscā pigris, negligentibus, gar-  
rulis? Puērum aetas excusat, faeminam  
sexus, extraneū libertas, domesticum fa-  
miliaritas. Aliquis nos nunc primum of-  
fendit? Cogitemus quamdiu placuerit. Sae-  
pe & alias offendit? Feramus, quod diu  
cult-



tulimus. Amicus est? fecit, quod noluit. Inimicus est? fecit, quod debuit. Prudentiori cedamus, stultiori remittamus. Seneca . . .

11. Adversus convicia, malosque rumores, & famosa de se ac suis carmina, firmus ac patiens Tiberius subinde jactabat: *In civitate libera linguam mentemque liberas esse oportere.* Et aliquando Senatu cognitionem de ejusmodi criminibus ac reis flagitante: *Non tantum, inquit, ovis habeamus, ut implicare nos ejusmodi negotiis debeamus. Si quis temere aliquid locutus fuerit, dabo operam ut rationem meorum factorum, dictorumque reddam.* Svetonius.

C. Julius Caesar, qui victoria civili clementissime usus est, cum scripta deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum ab iis, qui videbantur aut in diversis aut in neutris fuisse partibus; legere noluit, sed combussit, ne forte in multos gravius consulendi locum darent. *Plinius Junior.*

Causa iracundiae, opinio injuriae est,  
cui

---

*Cajus Svetonius Tranquillus*, Łacinski Historyk, był Sekretarzem Stanu za Adryana Cesarza około 118. r. po Chrystusie: we trzy lata odebrano mu ten urząd, gdy wiele inszych osób wpadło w niełaske za nieuszanowanie Sabiny Cesarzowoy. Wielę od niego pisanych Xiążek zginęło: zostały się tylko *Zycia dwunastu Cesarzów*, i kawałek pisma o sławnych Grammatykach i Retorach.

cui non facile credendum est. Quaedam enim falsa, veri speciem ferunt. Dandum semper est tempus; veritatem dies aperit. Ne sint aures criminantibus faciles. Hoc humanae naturae vitium suspectum notumque nobis sit, quod quae inviti audimus, libenter credimus; & antequam judicemus, irascimur. *Seneca.*

12. Quid est, in quo maxime elaborare debemus? Ut mens sit justa, oratio mendacii expers. Hoc viri boni proprium est, nihil a veritate alienum loqui, ut & nihil a justitia alienum exequi. *M. Antoninus.*

• Quid interest inter perjurum & mendacem? Qui mentiri solet, non longe abest a perjurio. Quem ego, ut mentiatur, inducere possum, eum facile exorare potero, ut pejeret. Ut paena a Diis immortalibus perjuro constituta est, sic & mendaci.

Mendaci homini, ne verum quidem dicenti, credere solemus. *Cicero.*

Quicumque turpi fraude semel innotuit,  
Etiam si verum dicit, amittit fidem.  
Hoc attestatur brevis Aesopi fabula:  
Lupus arguebat vulpem furti crimine.  
Negabat illa se esse culpae proximam.  
Tunc iudex inter illos sedit simius;  
Uterque causam cum perorasset suam,  
Dixisse fertur simius sententiam:



Tu non videris perdidisse, quod petis;  
Te credo surripuisse, quod pulchre negas.

*Phaedrus.*

13. Xenocrätis philosophi responsum quam laudabile! Cum maledico sermoni quorundam hominum interesset, ac taceret, uno ex his quaerente: cur solus ita linguam cohiberet? *quia locutum fuisse me inquit, aliquando poenituit, tacuisse nunquam.* Valerius.

14. Cavendum etiam est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. In quo falli facile est: tales enim nos esse putamus; ut jure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis versantur erroribus *Cicero.*

Vitia semper facultatibus licentiaque, & assentationibus aluntur. *Vellejus Paterculus.*  
Ad

---

*Valerius Maximus*, Historyk Łaciński; Był na wojnie z Sextusem, Synem najmłodszym Pompeiusza Wielkiego, po której około 35. roku przed Chrystusem, powróciwszy do Rzymu, napisał *Pamiętné czyny i powieści wielkich ludzi*; drudzy mniemają, że to dzieło jest tylko krótkim zbiorem obszerniey od niego pisaney Historyi, którą wcale zaginęła.

*Vellejus Paterculus*, Historyk Łaciński. Miał komendę nad Jazdą Rzymską w Niemczech za Tyberysza; potem został Pretorem roku 30. po Chrystusie. Była od niego krótko zebrana Historya Rzymska; lecz i ta w całości nie jest dochowana.

Ad Trajani aures omnis adulatoribus obstructus erat aditus; silebant ergo & quiescebant. Cum non est, cui suadeatur, & qui suadeant non sunt. *Plinius Junior.*

Qui se laudari gaudent verbis subdolis,  
Serae dant poenas turpes poenitentiae  
Cum de fenestra Corvus raptum casum  
Comesse vellet, celsa residens arbore,  
Hunc vidit vulpis, dehinc sic occoepit loqui:

O qui tuarum, Corve, pennarum est nitor!  
Quantum decoris corpore & vultu geris?  
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.  
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,  
Emisit ore casum, quem celeriter  
Dolosa vulpis avidis rapuit dentibus.  
Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor  
*Phaedrus.*

15. Omnis sui vitiosa jactatio est. Habet enim mens nostra sublime quiddam & erectum & impatiens superioris; ideoque abjectos, aut submittentem se libenter allevamus, quia hoc facere tanquam majores videmur, & quoties discessit aemulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum extollit, premere ac despiciere creditur, nec tam se majorem, quam minores coeteros facere. Inde invident humiliiores: hoc vitium est eorum, qui nec cedere volunt, nec possunt contendere. Plerumque deprehendas



hendas arrogantium fallacem de se opinionem. Ambitiosissimum gloriandi genus est deridere. Ab aliis ergo laudemur. Nam ipsos, ut Demosthenes ait, erubescere, etiam cum ab aliis laudamur, decet.

Profert mores plerumque oratio, & animi secreta detegit. Nec sine causa Graeci prodiderunt, ut vivat, quemque etiam dicere. Humiliora illa vitia, submissa adulatione, affectata scurrilitas, in rebus ac verbis parum modestis ac pudicis, vilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas: quae fere accidunt iis, qui nimium aut blandi esse, aut ridiculi volunt. *Quintilianus.*

Aristoteles de semetipso in neutram partem loqui debere praedicabat: quoniam laudare se vani; vituperare, stulti esset.

*Valerius.*

Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam,

Commissumque teges, & vino tortus, & ira:  
Nec tua laudabis studia, aut aliena re-  
prendes:

Nec, cum venari volet ille, poemata panges.

Quid de quoque viro, & cui dicas, saepe vi-  
deto.

Percunctatorem figito. Nam garrulus idem  
est.

Nec retinent patulae commissa fideliter  
aures:

Et

Et semel emissum volat irrevocabile verbum:  
Qualem commendes, etiam atque etiam  
aspice, ne mox

Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Fallimur, & quondam non dignum tradimus.  
Ergo,

Quem sua culpa premet, deceptus omitte  
tueri.

: : : : : :

Deme supercilio nubem. Plerumque modestus

Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.

Ne te semper inops agitet vexetque cupido,  
Ne pavor, & rerum mediocriter utilium spes.

*Horatius.*

16. Quidam, quae tantum amicis committenda sunt, obvis narrant, & in quasi-  
bet aures, quid quid illos urit, exonant:  
quidam rursus etiam carissimorum consci-  
entiam reformidant, & si possent, ne sibi  
quidem credituri, interius premunt omne se-  
cretum. Neutrum faciendum est. Utrumque  
enim vitium est, & omnibus credere, & nulli.

17. Quaedam beneficia palam danda  
esse,

---

*Horatius*, ieden z náylepszych Poetów Łacińskich, urodził się w Wenuzie, na 63. lát przed Chrystusem. Szacował go wielce August Césarz i Meenas: miał przyjaźń z Agryppą, Polliionem, z Virgiliuszem, i z jnszemi sławnými ludźmi wieku owego. Umarł 57. roku. Pisał *Picini, Listy, Satyry*, i owe sławné dzieło o *Sztuce Poezyi*.



esse, quaedam secreto: palam, quae con-  
sequi gloriosum est, ut militaria dona, ho-  
nores, & quidquid notitia pulchrius fit:  
contra, quae succurrunt infirmitati, egestati,  
ignominiae, tacite danda sunt, ut nota sint  
solis, quibus prosunt. Interdum & ipse qui  
juvatur, fallendus est; ut habeat, nec, a  
quo accepserat, sciat. . . . Ne cessaveris, &  
partes boni viri exequere. Alium re, alium  
fide, alium gratia, alium consilio, alium  
praecipis salubribus adjuva. *Seneca.*

Gillias Agrigentinus, vir opibus ex-  
cellens, sed animo, quam divitiis locu-  
pletior, semper in eroganda potius, quam  
in contrahenda pecunia occupatus, adeo  
ut domus ejus quasi quaedam munifi-  
centiae officina crederetur. Illinc enim  
publicis usibus apta munimenta extruebantur,  
illinc grata populi oculis spectacula  
edebantur, illinc epularum apparatus, la-  
bentique annonae subsidia oriebantur. Et  
cum haec universis, privatim alimenta inop-  
ia laborantibus, dotes virginibus pauper-  
tate pressis, detrimentorum incursu quas-  
satis solatia erogabantur. Hospites quoque  
tum urbanis penetibus, tum etiam rusticis  
tectis benignissime excepti. Quodam vero  
tempore, quingentos simul Celensium e-  
quites, vi tempestatis in possessiones suas  
compulsos, aluit ac vestivit. . . . Ergo quod  
Gillias possidebat, omnium quasi com-  
mune

mune patrimonium erat; pro cuius salute &  
incrementis, tum Agrigentina civitas, tum  
etiam vicinae regiones votis excubant. Col-  
loca ex contraria parte arcas inexorabilibus  
claustris obseratas; nonne praestantio-  
rem aliquanto existimes illam impensam, quam  
hanc custodiam? *Valerius.*

18. Odiosum sane genus hominum of-  
ficia exprobrantium: quae meminisse debet  
is, in quem collata sunt; non commemora-  
re, qui contulit. *Cicero.*

Quae mihi praestiteris memini, semperque  
tenebo.

Cur igitur taceo, Postume? tu loqueris.  
Incipio quoties alicui tua dona referre,

Protinus exclamat: dixerat ipse mihi.  
Non belle quaedam faciunt duo: sufficit  
unus

Huic operi: si vis ut loquar, ipse tace.  
Crede mihi, quamvis ingentia, Postume,  
dona

Auctoris perent garrulitate sui. *Martialis.*

19. Membra sumus corporis magni.  
Natura nos cognatos edidit. Haec nobis  
amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit:  
B illa

*Marcus Valerius Martialis, Poeta Łaciński, ma-  
jąc dwudziesty pierwszy rok, udął się do Rzymu za  
Galby Césarza, gdzie przez 35. lat zostawał, aż  
do Traiana. Powróciwszy, potem do Hiszpanii, skąd  
był rodem, umarł także w 40. lat. Napisał 140  
książek wierszów, nazwanych Epigrammata.*





illa aequum justumque composuit; . . illius imperio paratae sunt omnium manus ad se invicem juvandos. *Seneca*.

Pyrrhi bello maximum exemplum justitiae in hostem est a Romanis datum. Cum Pyrrhus Epiri rex bellum populo Romano intulisset, & de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente; perfuga venit ab eo in castra Fabricii consulis, & pollicitus est se Pyrrhum veneno necaturum, si sibi praemium proponeretur. Hunc Fabricius reducendum ad Pyrrhum curavit. Si specie utilitatis decipi se passus esset Fabricius, sustulisset unius perfugae opera magnum bellum, & gravem populi Romani adversarium. Sed magnum dedecus fuisset & flagitium, venenis certasse cum hoste, non armis; & eum non virtute, sed scelere fuisse superatum, cum quo laudis certamen erat Romanis. *Cicero*.

20. Recte a Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus: idque etiam reipublicae est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam vehementer utile iis, qui honeste posse multum volunt, per hospites, apud externos populos, valere opibus & gratia. Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam

in

in suos Curiales Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim instituisse & villicis imperavisse, ut omnia praebentur, quicumque Laciades in villam suam divertisset. *Cicero*.

Lucanorum haec lex fuit: si occidente jam sole venerit peregrinus, volueritque sub tectum alicujus civis divertere, is vero hominem non receperit; qui hospitium praebere recusaverit, paenas luat inhospitalitatis, & injuriae tum peregrino, cum Jovi hospitali factae. *Alianus*.

Omisso Romano bello Porsena, ne frustra in ea loca exercitus adductus videretur, cum parte copiarum filium Aruntem, Aricam oppugnatum mittit. Primo Aricinos res nec opinata perculerat, accersita deinde auxilia & a Latinis populis & a Cumis tantum spei fecere, ut acie decernere auderent. Praelio inito, ad eo concitato impetu se intulerant Etrusci, ut fundent ipso incursu Aricinos. Cumanae cohortes arte adversus vim usae declinavere paululum; effuseque praedatos hostes conversis signis a tergo adortae sunt. Ita in medio prope jam victores caesi Etrusci: pars perexigua, duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortuna & specie supplicum delati sunt. Ibi benigne excepti, divisique in hospitia curatis vulneribus alii profecti domos, nuntii hospitalium beneficiorum; multos Romae hospitium urbis-

Bz

que



que caritas tenuit; his locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum vicum appellarunt. *Livius.*

21. Nihil aequè oblectat animum, quam amicitia fidelis & dulcis. Quantum bonum est, ubi sunt praeparata pectora, in quae tuto secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quam tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet? *Seneca.*

Inter viros bonos amicitia tantas opportunitates habet; quantas vix queo dicere. Principio, cui potest esse vita vitalis, qui non in amici mutua benevolentia conquiescat? Quid dulcius, quam habere quicum omnia audēas sic loqui, ut tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis aequè ac tu ipse gauderet; adversas vero ferre difficile esset sine eo, qui illas gravius etiam, quam tu, ferret.

Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse. . . Qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequalitas, liberalitas, nec sit in illis ulla cupiditas, vel libido, vel audacia; sintque magna constantia. . . hos viros bonos appellandos putemus. . . Ipsa virtus amicitiam gignit & continet; nec sine virtute esse amicitiam ullo pacto potest: virtus,

*Virtus, in quae cum*  
tus, virtus, inquam, conciliat amicitias & conservat. *Cicero.*

Constituendi sunt in amicitia fines & quasi termini deligendi. . . His igitur finibus utendum arbitror, ut cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos rerum, consiliorum, voluntatum communitas. . .

Ne nimis cito diligere incipiamus; neve non dignos. Digni autem amicitia sunt ii, in quibus ob virtutem inest causa, cur diligantur. Rarum eorum genus; & quidem omnia praeclara rara. . . Sed plerique in rebus humanis nihil bonum norunt, nisi quod fructuosum sit; & amicos, tanquam pecudes, eos potissimum eligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. *Cicero.*

Amicos, quantum fieri poterit, vacuos a cupiditatibus eligemus. Serpunt enim vitia, & in proximum quemque transilunt, & contactu nocent. . . Neque hoc praecipio tibi, ut neminem nisi omnino sapientem velis admittere. Ubi enim istum invenies, quem tot saeculis quaerimus? Pro optimo est minime malus.

Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. Cum placuit recipi, toto illum pectore admitte: tam audacter cum illo loquere, quam tecum. Tu quidem ita vive, ut nihil dicas aut facias nisi quod committere etiam inimicis possis: sed



sed quia quaedam sunt, quae arcana dici solent, haec cum amico communica. Fidelem si putaveris, facies. *Seneca.*

Amicitiam, nisi inter bonos, esse non posse. Est enim boni viri haec duo tenere in amicitia: primum, ne quid fictum sit, neve simulatum: deinde, non solum ab aliquo collatas criminationes repellere; sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum... In amicitia, nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidem, nihil exploratum habes.

Plerique perverse amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt; quaeque ipsi non tribuunt amicis, haec ab iis desiderant. Par est autem, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere. In talibus stabilitas amicitiae confirmari potest... Homines benevolentia conjuncti, cupiditatibus imperabunt, aequitate justitiaeque gaudebunt, omniaque alter pro altero suscipiet; neque quidquam unquam, nisi honestum & rectum, alter ab altero postulabit. Neque solum colent inter se ac diligunt, sed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit vercundiam...

Multae causae suspicionum offensionumque dantur; quas tum evitare, tum eluere,

eluere, tum ferre sapientis est. Una illa sublevanda offensio est, ut & veritas in amicitia, & fides retineatur. Nam & monendi amici saepe sunt, & objurgandi: & haec accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria Terentius dicit: *Obsequium amicos, veritas odium parit*... Omnis igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primum, ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumelia careat; in obsequio autem comitas adsit, assentatio, vitiorum adjutrix, procul amoveatur: quae non modo amico, sed ne libero quidem digna est. Cujus autem aures veritati clausae sunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus desperanda est. Scitum enim illud Catonis, ut multa: Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur; illos verum saepe dicere, hos nunquam... Ut igitur & monere & moneri, proprium est verae amicitiae; & alterum libere facere, non asperere, alterum patienter accipere non repugnanter: sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse majorem, quam adulationem, blanditiam, assentationem.

Haec prima lex in amicitia sancitur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati... Ab amicis honesta petamus,



tantus, amicorum causa honesta faciamus: nec expectemus quidem dum rogemur. Studium semper adsit, cunctatio absit. Cicero.

Cum Publ: Rutilius Rufus, amici cujusdam injustae rogationi resistere, atque is per summam indignationem dixisset: *Quid ergo mihi opus est amicitia tua, si, quod rogo, non facis? Imo, respondit Rutilius, quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facere me oporteat?*

Sincerae fidei amici, praecipue in adversis rebus, cognoscuntur, in quibus quidquid praestatur, totum a constanti benevolentia proficiscitur. Felicitatis cultus, majore ex parte adulationi quam charitati erogatus, certe suspectus est... Accedit huc, quod infractae fortunae homines, magis amicorum studia desiderant, vel praesidii vel solatii loco.

Damon & Pythias, Pythagoricae prudentiae sacris initiati, tam fidelem inter se amicitiam junxerant, ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo priusquam periret, domum profectus res suas ordinaret, impetravisset; alter, vadem se pro reditu ejus tyranno dare non dubitavit. Solutus erat is periculo mortis, qui modo cervicem gladio subjectam habuerat; eadem caput suum subjecerat, cui secure vivere licebat. Igitur omnes, & inprimis Diony-

Dionysius novae atque ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definitiva die, nec illo redeunte, unusquisque stultitiae tam temerarium sponsorem damnabat. At is nihil se de amici constantia metuere praedicabat. Eodem autem momento & hora a Dionysio constituta, qui eam acceperat, supervenit. Admiratus amborum animum tyrannus, supplicium fidei remisit; insuperque eos rogavit, ut se in societatem amicitiae, tertium sodalium gradum intimam culturum benevolentiam recipere. Valerius.



Z KORNELIUSZA NEPOSA  
Życiá Wodków Greckich.

THRASYBULUS.

**T**Hrasybulus Lyci Filius Atheniensis. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito, an hunc primum omnium ponam. Illi sine dubio neminem praefero, fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, pauci potuerunt, ab uno tyranno patriam liberare: huic contigit, ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. Sed nescio quo modo, cum eum nemo antea his virtutibus, multi nobilitate praecurrerunt. Primum Peloponesio bello multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc: quae ille universa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia Imperatoribus cum militibus & fortuna: quod in praellii concursu ablit res a consilio ad vires vimque pugnantiam.

*Peloponesio bello.* Woyny Peloponezkiéy początek tén był: Ateńczykowie napastowali Kassandrow osadę Koryńczyków, ci ich przez dwadzieścia siedm lat bronili: téy woyny koniec był początkiem upadku Ateńczyków, kiedy Lisander prawa im przepisał, i trzydziestu Archontów czyli Rządzców nad niemi ustanowil.

tium. Itaque jure suo nonnulla ab Imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat, seque hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest praedicare. Quare illud magnificentissimum factum proprium est Thrasybuli. Nam cum triginta tyranni praepositi a Lacedaemoniis, servitute oppressas tenerent Athenas, plurimos cives, quibus in bello pepercerat fortuna, partim patria expulissent, partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisissent, non solum princeps, sed & solus initio bellum his indixit. Hic enim cum Phylon confugisset, quod est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, quam triginta de suis. Hoc initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis civitatis clarissimae. Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, atque ejus solitudo. Quae idem res, & illis contemnentibus pernicipi, & huic despecto saluti fuit. Haec enim illos ad persequendum segnes, hos autem tempore ad comparandum dato, fecit robustiores. Quo magis praeceptum illud omnium in animis esse debet: *Nihil in bello oportere contemni.* Nec sine causa dici: *Matrem timidi flere non solere.* Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctae sunt opes. Nam jam tum illis

*Matrem timidi,* Znaczy że Matka nie będzie miała przyczyny opłakiwać ostrożnego, bo się nieroztropnie nie wdá w niebezpieczeństwo.



lis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant. Hinc in Piraeum transit, Munychiamque munivit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti, ab eaque turpiter repulsi, protinus in urbem armis impedimentisque amissis refugerunt. Usus est Thrasybūlus non minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violari vetuit. Cives enim civibus parcere aequum censebat. Neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit. Neminem facientem veste spoliavit: nil attigit, nisi arma, quorum indigebat, & quae ad victum pertinebant. In secundo bello cecidit Critias dux tyrannorum, cum quidem adversus Thrasybūlum fortissime pugnaret.

Hoc dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio, rex Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybūlum, & eos, qui urbem tenebant, fecit pacem his conditionibus: *ne qui, praeter triginta tyrannos, & ducem, qui postea praetores creati, superioris more crudelitatis erant nisi, adficerentur exilio: neve bona publicarentur: reipublicae procuratio populo redderetur.* Praeclarum hoc quoque Thrasybūli, quod reconciliata pace, cum plurimum in civitate posset, legem tulit, *ne quis antea actarum rerum accusaretur, neve multaretur, eamque illi legem oblivionis appellarent.* Neque vero hanc tantum ferendam curavit, sed etiam ut valeret, effecit. Nam

cum

cum quidam ex his, qui simul cum eo in exilio fuerant, caedem facere eorum velent, cum quibus in gratiam reditum erat, publice prohibuit: & id quod pollicitus erat, praestitit.

Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est, factae duabus virgulis oleaginis: quae quod amor civium, non vis, expresserat, nullam habuit invidiam, magnaque fuit gloria. Bene ergo Pitacrus ille, qui septem sapientum numero est habitus, cum ei Mitilenaeci multa millia jugerum agri muneri darent: *Nolite rogo vos, inquit, mihi dare, quod multi invident, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera quae & meam animi aequitatem, & vestram voluntatem indicent.*

Nam parva munera diutina: locupletia, propria esse consueverunt. Illa igitur corona contentus Thrasybūlus, neque amplius requisivit, neque quemquam honore se antecessisse existimavit. Hic sequenti tempore, cum praetor classem ad Ciliciam appulisset, neque satis diligenter in castris ejus agerentur vigiliae, a barbaris ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

EPA.



## E P A M I N O N D A S.

Epaminondas Polymni Filius Thebanus. De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant: neve ea, quae ipsis leviora sunt, pari modo apud cæteros fuisse arbitrentur. Scimus enim præsen nostris moribus abesse a principis persona, saltare vero etiam in vitiis poni. Quae omnia apud Graecos & graea, & laude digna dicuntur. Cum autem exprimere imaginem consuetudinis atque vitae velimus Epaminondae, nihil videmur debere praetermittere, quod pertinere ad eam declarandam. Quare dicemus primo de genere ejus; deinde quibus disciplinis, & a quibus sit eruditus: tum de moribus ingeniique facultatibus, & si qua alia digna memoria erunt, postremo de rebus gestis, quae a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

Natus igitur patre, quo diximus, honesto genere, pauper jam a majoribus relictus. Eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis. Nam & citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio: qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon, aut Lamprus, quorum per-

---

*Damon, Lamprus.* Tamtén Poeta i Muzyk Nauczyciel Periklesa Aténicyka; tén Poeta, o którym Plutarchus wspomina.

pervulgata sunt nomina carmina cantare tibiis ab Olympiodoro; saltare a Calliphrone. At Philosophiae praeceptorem habuit Lysim Tarentinum Pythagoreum, cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem & severam senem omnibus aequalibus suis in familiaritate anteposuerit: neque prius eum a se dimiserit, quam doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superaturum omnes in artibus caeteris. Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia, & potius contemnenda: at in Graecia utique olim magnae laudi erant. Postquam ephēbus factus est, & palestra dare operam cepit, non tam magnitudini virum servivit, quam velocitati. Illam enim at athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo, & luctando, ad eum finem, quoad stans complecti posset, atque contendere. In armis plurimum studii consumebat.

Ad hanc corporis firmitatem, plura etiam animi bona accesserunt. Erat enim modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo, ad deo veritatis di-

---

*Lysim Pythagoreum,* Filozof szkoły Pitagoresa w dziele pod tytułem: *opuscula Mythologica & Philosophica Thomae Galae*, iest list jego do Hiparka, w którym mu wymawia, że wydał sekreta Pitagoresa.



diligens, ut ne joco quidem mentiretur. Idem continens, clemens, patiensque admirandum in modum: non solum populi sed etiam amicorum ferens injurias: imprimisque commissa celans: quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere. Studiosus audiendi. Ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque cum in circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus. Paupertatem ad deo facile perpressus est, ut de republica nihil praeter gloriam cepisset. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus, fide ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut possit judicari, omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus, aut virgo amici nubilus, propter paupertatem collocari non posset, amicorum consilium habebat, & quantum quisque daret, pro cuiusque facultatibus impetrabat. Eamque summam cum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant: eique ut ipsi numerarent, faciebat, ut ille ad quem res ea perveniebat, sciret, quantum cuique deberet.

Tentata autem ejus est abstinentia a Diomedonte Cyziceno. Namque is rogatu

Arta-

Artaxerxis Epaminondam corrumpendum suscepit. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, & Mycythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Mycythus Epaminondam convenit, & causam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram: nihil inquit opus pecunia est. Nam si ea rex vult, quae Thebanis sint utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri, aut argenti satis. Namque orbis terrarum divitias accipere nolo prae patriae caritate. Te qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror, & tibi ignosco. Sed egredere propere, ne alios corrumpas, cum me non potueris. Tu Mycythe argentum huic redde: nisi id confestim facis, ego te tradam Magistratui. Hinc Diomedon cum rogaret, ut tuto exire, suaque, quae attulisset, liceret efferre: istud inquit faciam: neque tua causa, sed mea, ne si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat: ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere noluissem. A quo cum quaesisset, quo se duci vellet: & ille Athenas dixisset, praesidium dedit, ut tuto eo perveniret: Neque vero id satis habuit, sed etiam ut inviolatus in navem adscenderet per Chabriam Atheniensem, de quo supra mentionem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc satis testimoni-

C

um:



um : Plurima quidem proferre possemus , sed modus adhibendus est : quoniam uno hoc volumine *vitas excellentium virorum* concludere constitavimus : quorum separatim multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt .

Fuit & disertus , ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia : neque minus concinnus in brevitate respondendi : quam in perpetua oratione ornatus . Habuit obrectatorem Meneclidem quendam , indidem Thebis , & adversarium , in administranda republica satis exercitatum in dicendo , ut Thebanum scilicet . Namque illi genti plus inest virum , quam ingenii . Is quod in re militari florere Epaminondam videbat , hortari solebat Thebanos , ut pacem bello anteferrent , ne illius imperatoris opera desideraretur . Huic ille , fallis : inquit , verbo cives tuos , quod hos a bello avocas : omni enim nomine servitutem concilias . Nam paritur pax bello . Itaque qui ea diutina volunt frui , bello exercitari esse debent . Quare si principes Graeciae esse vultis , castris est vobis utendum , non palaestra . Idem ille Meneclides cum huic obiiceret , quod liberos non haberet , neque uxorem duxisset , maximeque insolentiam , quod sibi Agamemnonis belli gloriam videretur consecutus : at ille desine , inquit , Meneclide , de uxore mihi exprobrare . Nam nullius in ista re minus uti consilio volo . Habebat enim

enim Meneclides suspicionem adulterii . Quod autem me Agamemnonem aemulari putas , falleris , Namque ille cum universa Graecia vix decem annis unam cepit urbem , ego contra ex una urbe nostra , dieque uno , totam Graeciam , Lacedaemoniis fugatis , liberavi . Idem cum in conventum venisset Arcadum , petens ut societatem cum Thebanis & Argivis facerent , contraque Callistratus Atheniensium legatus , qui eloquentia omnes eo praestabat tempore , postularet , ut potius amicitiam sequerentur Atticorum : & in oratione sua multa invectus esset in Thebanos & Argivos , in eis que hoc posuisset : animadvertere debere Arcades , quales utraque civitas cives procreasset , ex quibus de caeteris possent judicare . Argivos enim fuisse Orestem & Alcmaeonem : Thebis Oedipum natum , qui cum patrem suum interfecisset , ex matre liberos procreasset . Hic in respondendo Epaminondas , cum de caeteris perorasset , postquam ad illa duo opprobria pervenit , admirari se dixit stultitiam rhetoris Attici , qui non animadvertit , illos innocentes natos , domi scelere admissio , cum

Cz

patria

---

Orestem & Alcmaeonem . Orestes Król Mice-ny mszcząc się śmierci Oycy , zabił Matkę swoją : Alcmeon Syn Amfiarauza z rozkazu Oycy zabił Matkę ; z zgryzoty sumniénia blakát się długo , nakoniec zabity od Brata Żony swojej Alfezybei , która porzucił . Oedipus Syn Króla Tebów , nazwiskiem Lajus .



*patriā essent expulsi, receptos esse ab Atheniensibus.* Sed maxime ejus eloquentia eluxit Sparthae legati ante pugnam Leuctricam. Quo cum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu, sic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concussērit, quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum Lacedaemonii privarentur.

Fuisse patientem, suorumque injurias ferentem civium, quod se Patriae irasci nefas esse duceret, haec sunt testimonia. Cum eum propter invidiam cives praeficere exercitui noluissent, duxque esset delectus belli imperitus, cujus errore esset deducta illa militum multitudo, ut omnes de salute pertimescerent, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur; desiderari coepta est Epaminondae diligentia. Erat enim privatus ibi numero militis. A quo cum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae, & exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque vero hoc semel fecit, sed saepius. Maxime autem fuit illustre, cum in Peloponesum exercitum duxisset

---

*Ante pugnam Leuctricam. Lacedaemoniocykowie w tēy potyczce z Tebanami przegrali.*

xisset adversus Lacedaemonios, haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac strenuus. Hic cum eriminibus adversariorum omnes in invidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum; atque in eorum locum alii praetores successissent, Epaminondas populi scito non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, & bellum, quod suscepērat, gessit, namque animadvertēbat, ubi id fecisset, totum exercitum propter praetorum imprudentiam inscientiamque belli periturum. Lex erat Thebis, quae morte mulctabat, si quis imperium diutius retinisset, quam lege praefinitum foret. Hanc Epaminondas cum republicae conservandae causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit, & quatuor mensibus diutius, quam populus jussērat, gessit imperium.

Postquam domum reditum est, collegae ejus hoc crimine accusabantur. Quibus ille permisit, ut omnem causam in se transferrent, suaque opera factum contendērent, ut legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod quid dicēret non haberet. At iste in iudicium venit, nihil eorum negavit, quae adversarii crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerunt, confessus est, neque

recusa-



recusavit, quominus legis poenam subiret; sed unum ab iis petivit, ut in periculo suo conscriberent, Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quod eos coegit apud Leuctra superare Lacedaemonios; quos ante se Imperatorem, nemo Baeotiorum ausus fuit adspicere in acie: quodque uno praelio non solum Thebas ab interitu retraxit, sed etiam universam Graeciam in libertatem vindicavit, eoque res utrorumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent, Lacedaemonii satis haberent, si salvi esse possent, neque prius bellare destitit, quam Messena constituta, urbem eorum obsidione clausit. Haec cum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est; neque quisquam iudex ausus est ferre suffragium. Sic a iudicio capitis maxima discessit gloria.

Hic extremo tempore imperator apud Mantineam, cum acie instructa audacius instaret hostibus, cognitus a Lacedaemoniis, quod in unius pernicie ejus, patriae sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt, neque prius abscesserunt, quam magna caede facta, multisque occisis, fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, sparo eminus percussum, concidere viderunt. Huius casu aliquantum retardati sunt Baeotii: neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes profligarunt. At Epaminondas cum a-

nimadver-

nimadverteret mortiferum se vulnus accepisse, simulque si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim amissurum: usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Baeotios. Id postquam audivit; satis, inquit, vixi: invictus enim morior. Tum ferro extracto confestim exanimatus est.

Hic uxorem nunquam duxit. In quo cum reprehenderetur a Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque cum in eo patriae consulere diceret, quod liberos non relinqueret: vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi potest deesse. Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est. Quo tempore duce Pelopida, exules Thebas occuparunt, & praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est caedes civium, domi se retinuit: quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedaemoniis cepit, inprimis stetit. Hujus de virtutibus vitaeque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias: Thebas, & ante Epaminondam natum, & post



post ejus interitum, perpetuo alieno paruisse imperio. Contra eas, quandiu ille praefuerit reipublicae, caput fuisse totius Graeciae. Ex quo intelligi potest, unum hominem pluris quam civitatem fuisse.

T I M O L E O N.

Timoleon Corinthius. Sine dubio magnus omnium iudicio hic vir existit. Namque huic uni contigit, quod nescio an ulli, ut & patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno liberaret; & a Syracusis, quibus auxilio erat missus, inveteratam servitutem depelleret, totamque Siciliam multos annos bello vexatam, barbarisque oppressam suo adventu in pristinum restituere. Sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est, & id, quod difficilissimum putatur, multo sapientius tulit secundam, quam adversam fortunam. Nam cum ejus frater Timophanes dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupasset, particepsque regni posset esse: tantum abfuit a societate

---

*Siciliam multos annos.* Kartagińczykowie Dyona przeciw Dyonizemu Tyraanowi wysłali: ten gdy był wygnany, znowu przeciw Kallipowi także Tyraanowi; potrzeć przeciw Hiparynowi Synowi Dyonizego, nakoniec znowu przeciw Dyonizemu, który powróciwszy, Sycylią opanował.

te scelēris, ut antelērit suorum civium libertatem fratris salutis: & patriae legibus obtemperare satius duxerit, quam impetare patriae. Hac mente per haruspicem, communemque affinem, cui soror ex iisdem parentibus nata, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manus non attulit, sed ne adspicere quidem fraternum sanguinem voluit, nam dum res conficeretur, procul in praesidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. Hoc praeclarissimum ejus factum non pari modo probatum est ab omnibus; nonnulli enim laesam ab eo pietatem putabant, & invidia laudem virtutis obtebant. Mater vero post id factum, neque domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin cum fraticidam impiumque detestans compellaret. Quibus rebus ille adeo est commotus, ut nonnunquam vitae finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

Intērim Dione Syracusis interfecto, Dyonisius rursus Syracusarum potitus est: ejus adversarii opem a Corinthiis petierunt, ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. Huc Timoleon missus incredibili felicitate Dyonisium tota Sycilia depulit, cum interficere posset, noluit: tunc ut Corinthum perveniret, effecit: quod utrorumque Dyonisiorum opibus Corinthii



rinthii saepe adjuti fuerunt, cujus benignitatis memoriam volebat exstare, eamque praeclaram victoriam ducebat, in qua plus esset clementiae quam crudelitatis: postremo, ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem, & ex quanto regno, ad quam fortunam detrusisset. Post Dionisii decessum cum Hiceta bellavit, qui adversatus fuerat Dionisio, quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod ipse expulso Dionisio imperium dimittere noluit. Hoc superato Timoleon maximas copias Carthaginensium apud Crimissum flumen fugavit, ac satis habere coegit, si liceret Africam obtinere, qui jam complures annos possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam Mamercum, Italicum ducem, hominem bellicosum, & potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

Quibus rebus confectis, cum propter diuturnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret; conquisivit, quos potuit, primum Siculos, deinde Corintho accessivit colonos, quod ab his initio Syracusae erant conditae. Civibus veteribus sua restituit, novis bello vacuefactas possessiones divisit, urbium moenia disjecta, fanaque deserta refecit, civitatibus leges, libertatemque reddidit: ex ma-  
ximo

ximo bello tantum otium toti insulae conciliavit, ut hic conditor urbium earum, non illi, qui initio deduxerant, videretur. Arcem Syracusis, quam munierat Dionisius, a fundamentis disjecit: caetera tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent. Cum tantus esset opibus, ut etiam invitis imperare posset, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret; maluit se diligi, quam metui. Itaque cum primum potuit, imperium deposuit, & privatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. Neque vero id imperite fecit, nam quod caeteri reges, imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit, neque postea Syracusis res ulla gesta est publica, de qua prius sit decretum, quam Timoleonis sententia cognita. Nullius unquam consilium non modo ante latum, sed ne comparatum quidem est, neque id magis benevolentia factum est, quam prudentia.


Hic cum aetate jam proventus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit. Quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eo minus privatis publicisque rebus interfuerit. Veniebat autem in theatrum,  
cum



eum ibi concilium populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis, atque ita de vehiculo, quae videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam tribuebat superbiae; nihil enim unquam, neque insolens, neque gloriosum, ex cre ejus exiit; qui quidem cum suas laudes audiret praedicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re maximas diis gratias agere, atque habere, quod cum Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent. Nihil enim rerum humanarum sine deorum numine agi putabat. Itaque suae domi sacellum *automatias* constituerat, idque sanctissime colebat.

Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus. Nam praedia maxima natali die suo fecit omnia. Quo factum est, ut ejus diem natalem festum haberet universa Sicilia. Huic quidam Lamestius homo petulans & ingratus, vadamonium cum vellet imponere, quod cum illo se lege agere diceret: & complures concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur, Timoleon oravit omnes, *ne id facerent. Namque id ut Lamestio caeterisque liceret, se maximos labores summamque adiisse pericula: Hanc enim speciem*  
li-

*libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceat. Idem cum quidam Lamestii similis nomine Demaenetus, in concione populi, de rebus gestis ejus detrahere coepisset, ac nonnulla inveheretur in Timoleonta, dixit: nunc demum se voti esse damnatum, namque haec a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua cuivis liceret, de qua vellet impune dicere. Hic cum diem supremum obiisset: publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonem appellatur, tota celebrante Sicilia sepultus est.*




---

*Automatia* wyraz Grecki znaczy to samo co *fortuna*.



W Y P I S Y  
DO HISTORTI NATURALNÉT  
O OGRODACH I ROŚLINACH.

Z K O L U M E L L I

O Ogrodach iarzyńnych z Xiggi XI.

Et quoniam percensuimus opera, quae suis quibusque temporibus anni villi- cum exequi oporteret, memores polliciti nostri subjungemus cultus hortorum, quorum aequae curam suscipere debet, ut & quotidiani victus sui levet sumptum, & adveniēti domo praebeat, quod ait Poeta inemptas ruris dapes. Democritus in eo libro, quem Georgicon appellavit, parum prudenter censet eos facere, qui hortis extruunt munimenta, quod neque late fabricata macerēs perennare possit, pluvis ac tempestatibus plerumque infestata, neque lapides supra rei dignitatem poscat impensa. Si vero amplum modum se-  
pire

Wiadomość o życiu i dziełach Kolumelli masz przy Wypisach z tegoż Autora na piérwszą Klasse. Używamy wydania Kolumelli w Lipsku R. 1735. za staraniem Jana Macieja Gesnera.

Nie wszystkie Autora zdania przez to, iż wyięté są, za dobre przyymujemy. Obacz przestrogi dla Nauczycielów w piérwszój Części Wypisów.

pire quis velit, patrimonio esse opus. Ipse igitur ostendam rationem, qua non magna opera hortum ab incursu hominum pecudumque munimus. Vetustissimi auctores vivam sepe structili praetulerunt, quia non solum minorem impensam desideraret, verum etiam diuturnior immensis temporibus permaneret: itaque vepres efficiendi consitis spinis rationem talem reddiderunt. Locus, quem sepire destinaveris, ab aequinoctio autumnali simul atque terra maduerit imbribus, circumvallandus est duobus sulcis tripedaneo spatio inter se distantibus, modum altitudinis & latitudinis eorum abunde est esse bipedaneum: sed eos vacuos perhiemare patiemur praeparatis seminibus, quibus obserantur, ea sint vastissimarum spinarum, maximeque rubi, & paliuri, & ejus quam Graeci vocant *Kynosbaton*, nos sentem canis appellamus. Horum autem ruborum semina quam maturissima eligi oportet & crui, moliti farinae immiscere: quae cum est aqua conspersa, illinitur vel nauticis veteribus funibus, vel quibuslibet aliis restibus, siccati deinde funiculi reponuntur in tabulato: mox ubi bruma confecta est, intermissis quadraginta diebus circa hirundinis adventum, cum jam Favonius exoritur, post Idus Febr: si qua in sulcis per hiemem constitit aqua, exhauritur, resolutaque humus, quae



quae erat autumnò regesta usque ad mediã sulcorum altitudinem reponitur. Praedicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per utrumque sulcum porrecti obruuntur, sed ita, ut non nimium supergesta terra semina spinarum, quae inhaerent toris funiculorum, enasci possint; ea fere circa trigesimum diem prorepunt: atque ubi caeperant aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, ut in id spatium, quod sulcis interiacet, inclinentur. Oportebit autem virgëam sepem interponere, quam superscendant sentes utriusque sulci, & sit quo interdum quasi adminiculo priusquam corroborentur, acquiescant. Hunc veprem manifestum est interiri non posse, nisi radicitus effodere velis; caeterum etiam post ignis injuriam melius renasci, nulli dubium est. Et haec quidem claudendi horti ratio maxime est antiquis probata. Locum autem prius eligi conveniet, si permittit agri situs, juxta villam praecipue pinguem, quique adveniente rivo, vel

---

*Et haec quidem claudendi horti ratio.* Zwyczaj żywym plotem grodzëniã pól, sadów, łąk, i terazniejszych czasów we Włoszech, w Francyi, w Anglii i inszych Kraiach używany iest: acz sianiã lub sadzëniã go różné są sposoby. Zadaia prze-ciw temu zwyczajowi to złe wynikacé, iż takowé grodzëniã staja się wróblów siedliskiem i gniaz-dép.

vel si non sit fluens aqua, fonte puteali possit irrigari. Sed ut certam perennitatis puteus habeat fidem, tum demum effodendus est, cum sol ultimas partes Virginis obtinebit, id est mense Septembri, ante aequinoctium autumnale: siquidem tunc maxime explorantur vires fontium, cum ex longa siccitate aestatis terra caret humore pluviali. Providendum est autem, ne hortus arëae subjacëat, ne per trituram, venti possint palëas aut pulvërem in eum perferre: nam utraque sunt oleribus inimica. Mox inordinandi pastinandi que soli duo sunt tempora, quoniam duae quoque olerum sationes: nam & autumnò & vere plurima seruntur; melius tamen vere riguis locis, quoniam & nascentis anni clementia excipit prodeuntia semina, & sitis aestatis restinguitur fontibus. At ubi loci natura neque manu illatam, neque suae spontis aquam ministrari patitur, nullum quidem aliud auxilium est, quam hiemales pluviae. Potest tamen etiam in siccissimis locis opus custodiri, si depressius pastinetur solum, ejusque abunde est gradum effodere tribus pedibus, ut in quantum consurgat regestum. At ubi copia est rigandi, satis erit non alto bipalio, id est, minus quam duos pedes ferramento novale converti. Sed curabimus, ut ager, quem vere conseri oportet, autumnò circa Calend.



Novemb. pastinetur: quem deinde velimus autumno instituere, mense Majo convertemus, ut aut hiemis frigoribus, aut aestivis solibus & gleba solvatur, & radices herbarum necentur: nec multo antestercorare debemus: & cum sationis appropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus, stercorandusque, & ita diligenter fossione iterandus, ut fimo terra commisceatur. Optimum vero stercus est ad hunc usum asini, quia minimum herbarum creat: proximum vel armenti, vel ovium, si sit anno maceratum. Igitur solum, quod vere conserere destinaverimus, post autumnum patiureffossum jacere brumae frigoribus & pruinis inurendum: quippe e contrario sicut calor aestatis, ita vis frigoris excoquit terram, fermentatamque solvit: quare peracta bruma tum demum stercus injicietur & circa Idus Januariás humus refossa in aréas dividitur; quae tamen sic informandae sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant, ne qui prosequuntur herbas, semina proculcare cogantur: sed potius per semitas ingrediantur, & alterna vice dimidias aréas eruncent. Haec quae ante sationem faciendae sunt, dixisse abunde est.

## Cucū-

*Dixisse abunde est.* Od tego miejsca zaczyna

Cucūmis tener & jucundissimus fit, si antequam seras, semen ejus lacte maceres, nonnulli etiam quo dulcior existat, aqua mulsa idem faciunt. Sed qui praematurum fructum cucūmis habere volet, confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obsérat, modicumque praebeat humorem; deinde cum enata semina fuerint, tepidis diebus, & insolatis juxta aedificium sub divo ponat, ita ut ab omni afflatu protegantur. Caeterum frigoribus ac tempestatibus sub tectum referat: idque tamdiu faciat, dum aequinoctium vernum conficiatur; postea totos cophinos dimittat in terram. Sic enim praecoquem fructum habebit. Possunt etiam, si sit operae pretium, vasis majoribus rotulae subjici, quo minore labore producantur, & rursus intra tecta recipiantur, sed nihilominus specularibus integri debent, ut etiam frigoribus serenis diebus tuto producantur ad solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucūmis praebebatur.

Qui aestate ista seret, cavéat ne pro-

Dz

pter

Kolumella szczególnie opisanie czasu przywoitego siania lub sadzenia iarzyń, i sposobów obchodzenia się z niemi. Ta nauka po większej części stosowana jest do kraju Włoskiego, w którym Autor pisal. Wymia się tylko niektóre ciekawsze kawalki.

Qui aestate ista seret. Mówi o sianiu różnego rodzaju rzep. Ale co podaje około obchodzenia się z nasieniem: to radę pospolitą i względem innych nasion zawiera.



pter siccitates culex, adhuc tenēra folia pro-  
repentia consumat, id quoque ut vitetur,  
pulvis etiam, qui supra cameram invenitur,  
vel etiam fuligo, quae supra focos tectis in-  
haeret, colligi debet: deinde pridie quam  
satio fiat, commisceri cum seminibus, &  
aqua conspergi, ut tota nocte succum tra-  
hant; nam sic macerata postero die recte  
seruntur.

Hactenus arborum cultus, ut ait praes-  
tantissimus Poeta. Nihil enim prohibet nos,  
P. Silvine, de iisdem rebus dicturos celeberrimi  
carminis auspicari principia. Sequitur  
arborum cura, quae pars rei rusticae vel ma-  
xima est. Earum species diversae & mul-  
tiformes sunt, quippe varii generis ( sicut  
auctor idem refert ) nullis hominum cogentibus  
ipsae sponte sua veniunt: multae etiam no-  
stra manu satae procedunt. Sed quae non  
ope humana gignantur, silvestres, ac ferae,  
sui cujusque ingenii poma vel semina ge-  
runt: at quibus labor adhibetur, magis aptae  
sunt frugibus. De eo igitur prius genere  
dicendum est, quod nobis alimenta praebet,  
idque tripartito dividitur. Nam ex surculo  
vel arbor procedit, ut olea: vel frutex, ut  
palma campestris: vel tertium quiddam,  
quod

*Praestantissimus Poeta*, to jest Wirgiliusz.

*Vel arbor procedit vel frutex.* Tak trudné jest  
dzielenie roślin większych na drzewa i na krzewy,  
że wielu subtelných natury bádaczów ztrudziły wát-

quod nec arborem nec fruticem proprie di-  
xerim, ut est vitis. Hanc nos caeteris stir-  
pibus jure praeponimus, non tantum fru-  
ctus dulcedine, sed etiam facilitate, per  
quam omni pene regione, & omni declina-  
tione mundi, nisi tamen glaciali, vel prae-  
fervida, curae mortalium respondet, tam-  
que felix campis, quam collibus provenit,  
& in densa non minus, quam in resoluta,  
saepe etiam gracili atque pingui terra, sic-  
caque & uliginosa. Tum sola maxime u-  
tramque patitur intemperiem caeli, vel sub  
aere frigido, aestuoso, procellosoque. Refert  
tamen, cujus generis, aut quo habitu vitem  
pro

pliwości, któreby do rodzaju drzew, a które do  
krzewiu poczytywać mieli. A oraz tak té badania są  
niepotrzebne, że od prawdziwych Filozofów chronią-  
cych się czynić *systemata*, odrzucone i zaniedbane  
zostały.

*Nec arborem nec fruticem proprie dixirim, ut  
vitis.* Pliniusz w księdze 14. mówi, iż dawni winną  
macię za drzewo poczytywali dla ięy wielkości,  
przyłączając przyczynę: *quia ex una vite, Jovis im-  
ago fabricata est, item patera Massiliae.*

*Per quam omni pene regione & omni declinati-  
one mundi:* Zdania Kolumelli potwierdzenie i w na-  
szych dziejach i pamiątkach znaleźć możemy. Były  
winnice koło Lwowa, iako papiery Kapituły tamtey-  
szey świadcza, mówiąc, o dochodach ięy z winnic:  
miejskie zaś Archiwa wspominają, iż za Xiążąt ie-  
szcze Ruskich dziesięcina z win szła w dochodzie  
Xiążęcym. Były koło Zótkwi, iako poznać można  
z nazwiska pagórków. Są koło Mohilowa i na Po-  
kuciu winnice. Ze jednak gospodarstwo to nie jest  
pospolitie kraiu naszego; przeto opuszczają się, co o  
niem Kolumella uczy, iako i o drzewach oliwnych.



pro regionis statu colere censēas. Neque enim omni caelo solove cultus idem: neque est idem stirpis ejus genus; quodque praecipuum est ex omnibus non facile dictu est, cum suam cuique religioni magis aut minus aptam esse, doceat usus. Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile campo, quod nebulas pruinaeque sine noxia perferat; colli, quod siccitatem ventosque patitur, pingui & uberi dabit agro gracilem vitem, nec natura nimis faecundam, macroferacem; terrae densae vehementem, multaue materia frondentem; resoluta & laeto solo, rari sarmenti, humido loco sciet non recte mandari fructus teneri & amplioris acini, sed callosi & angusti, frequentisque vinacei; sicco recte contribui diversae quoque naturae semina.

Superest ratio pomiferarum arborum, cui rei deinceps praecepta dabimus. Locum pomarii, priusquam semina seras, circummunire maceris oportet, vel sepe, vel fossa praecipiti, ut non solum pecori, sed & homini transitum negare valeat; quoniam si saepius cacumina hominis manu tractata, aut a pecoribus praerosa sunt, in perpetuum semina incrementum capere nequeunt. Generationem autem disponere arbores utile est, maxime etiam, ne imbecilla a valentiore prematur, quia nec viribus, nec magnitudine par est, imparique spatio temporis adolescit.

lescit. Ante annum, quam seminare voles, scrobem fodito; ita sole pluvisve macerabitur, & quod positum est, cito comprehendet. At si eodem anno & scrobem facere, & arbores serere voles, minimum ante duos menses scrobes fodito, postea stramentis incensis calefacto: quos si latiores patientioresque feceris, laetiores uberioresque fructus percipies. Sed scrobis clibano similis fiat, cujus imum summo patentius est, ut laxius radices vagentur, ac minus frigoris hieme, minusque aestate vaporis per angustum os penetrer, etiam ut clivosis locis terra, quae in eum congesta est, a pluvis non abluatur. Arbores raris intervallis serito, ut cum creverint, spatium habeant, quo ramos extendant. Nam si spisse posueris, nec infra serere quid poteris, nec ipsae fructuosae erunt, nisi intervulseris: itaque inter ordines quadragenos pedes, minimumque tricenos, relinquere convenit. Semina lege crassa non minus quam manubrium bidentis, recta, levia, procera, sine ulceribus, integro libro; ea bene & celeriter comprehendent. Si ex veteribus ramis sumes, de iis quoque, qui quotannis bonos & uberiores fructus afferunt, eligito: ac illos magis, qui sunt contra solem, quam qui umbris, ramis, aut plantis continentur. Sed antequam arbusculas transferas, nota, quibus ventis antea fuerant constitutae; postea ma-



nus admoveto , ut de clivo & sicco in humidum agrum transfēras. Trifurcam maxime ponito. Ea extet minime tribus pedibus. Si eodem scrobe duas aut tres arbusculas voles constituere , curato ne inter se se contingant: quoniam mutuo contactu aut computrescent , aut vermibus interibunt. Cum semina depones , dextera sinistraque usque in imum scrobem fasciculos sarmentorum brachii crassitudinis demittito , ita ut supra terram paululum extent , per quos aestate parvo labore aquam radicibus subministrare possis. Arbōres ac semina cum radicibus autumnō serito , hoc est circa Calendas & Idus Octob: Primo vere antequam germinēt , arbōres deponito: ac ne tineā molesta sit seminibus ficulneis , in imum scrobem lentisci talēam inverso cacumine demittito.

Nucem Avellanam Tarentinam facere hoc modo petēris. In quo scrobe destinaveris nuce serere , in eo terram minutam pro modo semipedis ponito , ibique semen

---

*Avellana nux.* Orzech laskowy od *Avella* miasta w Królestwie Neapolitańskim , którego okolice w orzechy obfitują.

*Tarentina nux.* od *Tarentum* miasta Neapolitańskiego. Orzech miękka łuskę mający. *Tarentina nux* dicitur , quae ita mollis est , ut vix attractata frangatur &c. *Macrob. Saturn.* 13.

Orzech jest imię rodzaju , pod którym się międzygdy zawięrają.

men ferulae repangito. Cum ferula fuerit enata , eam findito , & in medulla ejus sine putamine nucem Avellanam abscondito , & ita adobruito. Hoc ante Calend. Martias facito , vel etiam inter Nonas & Idus Mart. Eodem tempore juglandem , & pinēam , & castanēam , serere oportet. Malum Punicum ab eodem tempore usque in Cal. Aprilis recte seritur.

Pirum autumnō ante brumam serito , ita ut minime dies xxv. ad brumam supersint , quae ut sit ferax , cum adoleverit , alte eam ablaqueato , & juxta ipsam radicem truncum findito , & fissuram cunco te dae pinēae adigito , & ibi relinquito: deinde assumpta ablaqueatione , cinerem supra terram injicito. Curandum est autem , ut quam generosissimis piris pomaria conseramus. Mala , sorba , pruna , post mediam messem usque in Idus Feb. serito. Mororum ab Idib. Feb. usque ad aequinoctium vernum satio est. Siliquam Graecam , quam quidam *keration* vocant , & Persicum ante brumam per autumnum serito. Omnium autem generum ramos , circa Cal. Martias in hortis subacta & stercorata terra , supra pulvinos arearum disponere convenit. Danda est opera , ut dum teneros ramulos habent , veluti pampinentur , & ad unum stilum primo anno semina redigantur , & cum autumnus incesserit , antequam frigus



frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expedit, & ita crassis arundinibus, quae ab una parte nodos integros habeant, velut pilis induere, atque sic a frigore & gelicidiis teneras adhuc virgas tueri. Post viginti quatuor deinde menses sive transferre & disponere in ordinem voles, sive inserere, satis tute utrumque facere poteris.

Omni surculus omni arbori inseri potest, si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis: si vero etiam similem fructum, & eodem tempore affert, sine scrupulo egregie inseritur. Tria genera porro insitionum antiqui tradiderunt. Unum, quo resecta & fissa arbor resectos surculos accipit. Alterum, quo resecta inter librum & materiam semina admittit: quae utraque genera verni temporis sunt. Tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae empla-

---

*Tria genera porro insitionum.* Trzy rodzaje wszczepiania od dawnych czasów dotąd używane wyklada Kolumella. Pierwszy, który szczepieniem przez się zowiemy; drugi, kożuchowaniem zaskórki; trzeci oczkowaniem.

*Emplastrationem vel ut quidam inoculationem.* Plinius l. 17. cap. 14. i 16. daie różnicę między *implastratio a inoculatio.* *Inoculatio*, ten sposób szczepienia zowie, który ténże imieniem i teraz nazczymy, *inokulizacya* albo *oczkowanie.* *Implastratio* zaś co Polscy ogrodnicy *piszczałkowaniem* zowią. Tén jednak z oczkowania urodzony Pliniuszowi się zdaie: *implastratio est ipsa ex inoculatione nata videri potest.*

plastrationem; vel ut quidam, inoculationem. Hoc genus insitionis aestivo tempore optime usurpatur. Quarum insitionum rationem cum tradiderimus, a nobis quoque repertam docebimus. Omnes arbores simulatque gemmas agere caeperint, luna crescente inserito. Ex qua arbore inserere voles, & surculos ad insitionem sumpturus es, videto, ut sit tenera & ferax, nodisque crebris: & cum primum germina tumbunt, de ramulis anniculis, qui solis ortum spectabunt, & integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi. Surculi sint bifurci, vel trifurci. Arborem, quam inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte, qua maxime nitida & sine cicatrice est, dabisque operam, ne librum laedas. Cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam levato: deinde cunem tenem ferreum vel osseum inter corticem & materiem, ne minus digitos tres, sed considerate demittito, ne laedas aut rumpas corticem. Postea surculos, quos inserere voles, falce acuta ex una parte deradito tantum, quantum cunem demissus spatii dabit, atque ita, ne medullas, neve alterius partis corticem laedas. Ubi surculos paratos habueris, cunem vellito, statimque

---

*Luna crescente*, uwazanie lunacyi do szczepienia, sadzenia i innych robot gospodarskich, nie jest w używaniu teraz: iż ie dobra Fizyka odrzucá.



que surculos in ea foramina, quae cunēo adacto inter corticem & materiam feceris, demittito. Ea autem sine, qua adraseris, surculos sic inserito, ut semipede nec amplius, de arbore extent, (in una arbore duos, vel si truncus vastior est, plures calamos recte inseres, quatuor digitorum inter eos sit spatium: pro arboris magnitudine & corticis bonitate haec facito. Cum omnes surculos, quos arbor ea patietur, demiseris, libro ulmi, vel junco, aut vimine arborem constringito: postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam, & spatium, quod est inter surculos, usque eo, dum minime quatuor digitis insita extent) supra deinde muscum imponito, & ita ligato, ne pluvia dilabatur. Quosdam tamen magis delectat in trunco arboris locum seminibus serra facere, insectasque partes tenui scalpello levare, atque ita surculos aptare. Si pusillam arborem inserere voles, imam abscidito, ita ut sesquipede e terra extet; & cum deinde praecideris, plagam diligenter levato: & medium truncum acuto scalpello permodice findito ita, ut fissura digitorum trium sit in ea; deinde cunem, quo ducatur, inserito, & surculos ex utraque parte derasos demittito sic, ut librum seminis libro arboris aequalem facias. Cum surculos diligenter aptaveris, cunem exi-

mito,

mito, & arborem, ut supra dixi, alligato: deinde terram circa arborem adaggrato usque ad ipsum insitum; ea res a vento & calore maxime tuebitur. Hoc tertium genus insitionis cum sit subtilissimum, non omni generi arborum idoneum est, sed fere recipiunt talem insitionem, quae humidum, succosumque, & validum librum habent, sicut ficus. Nam & lactis plurimum mittit, & corticem robustum habet. Optime itaque inseritur (caprifici ramus) Ex arbore, de qua inserere voles, novellos & nitidos ramos eligito, in iisdemque observato gemmam, quae bene apparebit, certamque spem germinis habebit: eam duobus digitis quadratis circumsignato, ut gemma media sit: & ita acuto scalpello circumcidito, delibratoque diligenter, ne gemmam laedas: postea item alterius arboris, quam emplastraturus es, nitidissimum ramum eligito, & ejusdem spatii corticem circumcidito, & materiam delibrato; deinde in eam partem, quam nudaveris, praeparatum emplestrum aptato, ita ut alteri delibratae parti conveniat. Ubi ita haec feceris, circa gemmam bene alligato, cavetoque ne laedas ipsum germen. Deinde commissuras & vincula luto oblinito, spatio relicto, ut gemma libera vinculo non urgeatur; arboris autem insitae sobolem & ramos superiores praecidito, ne

quid



quid sit, quo possit succus evocari, aut ne cui magis quam insito serviat. Post XXI. diem solvito emplastrum.

Cytisum in agro esse quam plurimum maxime refert, quod gallinis, ovibus, capris, bubus quoque & omni generi pecudum utilissimum est: quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum praebet ovibus: tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo uti, & postea arido possis; praetera in quolibet agro, quamvis macerrimo, caeteriter comprehendit: omnem injuriam sine noxa patitur. Mulieres quidem si lactis inopia premuntur, cytisum aridum in aqua macerari oportet, & cum tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino, atque ita potandum dari: sic & ipsae valebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur. Satio autem cytisi vel autumnio circa Idus Octobris, vel vere fieri potest. Cum terram bene subegeris, areolas factis, ibique velut ocimi semen cytisi autumnio serito. Plantas deinde vere disposito: ita ut inter se quoquo versus quatuor pedum spatia distent. Si semen non haberis, cacumina cytisorum vere deponito, & stercoreatam terram circumaggerato. Si pluvia non incesserit, rigato quindecim proximis diebus: simulatque novam frondem agere caeperit, sarrito, & post tri-

ennium

ennium deinde caedito, & pecori praebeto: equo abunde est viridis pondo xv. bubus pondo vicena, caeterisque pecoribus proportione virium. Potest etiam ante Septembrem satis commode ramis cytisi seri, quoniam facile comprehendit, & injuriam sustinet. Aridum si dabis, parcius praebeto, quoniam vires majores habet, priusque aqua macerato; & exemplum palaeis permisceto. Cytisum cum aridum facere voles, circa mensem Septembrem, ubi semen ejus grandescere incipiet, caedito, paucisque horis, dum flaccescat, in sole habeto: deinde in umbra exsiccat, & ita condito.

*O Łąkach i pastwiskach z Xięgi II.*

Atque haec arator exequi poterit, si non solum, quae retuli, genera pabulorum providerit, verum etiam copiam faciat, quo melius armenta tueatur, sine quibus terram commode moliri difficile est: & ideo necessarius ei cultus est etiam prati, cui veteres Romani primas in agricoltatione tribuerunt. Nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret. M. quidem Porcius & illa commemoravit, quod nec tempestatibus affligeretur, ut aliae partes ruris, minimique sumptus egens, per omnes annos praeberet redditum, neque eum simplicem, cum etiam in pabulo non minus reddere.



redderet quam in foeno. Ejus igitur animadvertimus duo genera, quorum alterum est siccanum, alterum riguum. Laetopinguique campo non desideratur influens rivus, meliusque habetur foenum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quam quod irrigatum aquis elicitur, quae tamen sunt necessariae, si macies terrae postulat: nam & in densa & resoluta humo, quamvis exili, pratum fieri potest, cum facultas irrigandi datur. Ac nec campus concavae positionis esse, neque collis praerupti debet: ille, ne collectam diutius contineat aquam: hic, ne statim praecipitem fundat. Potest tamen mediocriter acclivis, si aut pinguis est, aut rigo ager, pratum fieri. At planities maxime talis probatur, quae exigue prona non patitur diutius imbres, aut influentes rivus immorari? aut si quis eam supervenit humor, lente prorepat. Itaque si palus in aliqua parte subsidens restagnat, sulcis derivanda est. Quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus aequae est exitio.

Cultus autem pratorum magis curae, quam laboris est. Primum, ne stirpes aut spinas, validiorisque incrementi herbas inesse patiamur: atque alias ante hiemem, & per autumnum extirpemus, ut rubos, virgulta, juncos: alias per ver evellamus, ut intuba, ac solstitiales spinas: ac neque

suum

suum velimus impasci, quoniam rostro suffodiat & cespites excitet, neque pecora majora, nisi cum siccissimum solum est, quoniam demergunt ungulas & atterunt, sciuntque radices herbarum. Tum deinde macriora & pendula loca mense Februarii luna crescente fimo juvanda sunt: omnesque lapides, & si qua objacent falcibus obnoxia, colligi debent, ac longius exportari, submitti pro natura locorum, aut temporis, aut seris. Sunt etiam quaedam prata situ vetustatis obducta, veteri vel crasso musco, quibus mederi solent agricolae seminibus de tabulato superjectis, vel ingestis stercore: quorum neutrum tantum prodest, quantum si cinerem saepius ingeras: ea res muscum enecat. At tamen pigriora sunt ista remedia, cum sit efficacissimum de integro locum exarare. Sed hoc, si prata accepimus, facere debemus; sin autem nova fuerint instituentia, vel antiqua renovanda (nam multa sunt, ut dixi, quae negligentia exolescant, & fiant sterilia) ea expedit interdum etiam frumenti causa exarare, quia talis ager post longam desidiam laetas segetes affert. Igitur eum locum quem prato destinaverimus, aestate proscissum, subactumque saepius per autumnum rapis, vel naris, vel etiam faba conseremus; insequente deinde anno, frumento: tertio diligenter ar-

E

bimus,



bimus, omnesque validiores herbas, & rubos, & arbores, quae interveniunt radicibus extirpabimus, nisi, si fructus arbuti id facere nos prohibuerit; deinde viciam permistam seminibus foeni seremus: tum glaebas sarculis resolvemus, & inducta crate coaequabimus, grumosque, quos ad versuram plerumque tractae faciunt crates, dissipabimus ita, ut necubi ferramentum foenisecae possit offendere. Sed eam viciam non convenit ante desecare, quam permaturuerit, & aliqua subjacenti solo jecerit. Tum foenisecam messorum oportet inducere & desectam herbam religare, & exportare: deinde locum rigare, si fuerit facultas aquae: si tamen terra densior est, nam in resoluta humo non expedit inducere majorem vim rivorum, priusquam conspissatum, & herbis coligatum sit solum: quoniam impetus aquarum proliit terram, nudatisque radicibus gramina non patitur coalescere: propter quod nec pecora quidem oportet teneris adhuc & subsidentibus pratis immittere, sed quoties herba prosiluerit falcibus desecare. Nam pecudes, ut ante jam dixi, molli solo infigunt ungulas, atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere & condensare. Altero tamen anno minora pecora post foeniseciam permittemus admitti, si modo siccitas, & con-

ditio

ditio loci patietur. Tertio deinde, cum pratum solidius ac durius erit, poterit etiam majores recipere pecudes. Sed in totum curandum est, ut secundum Favonii exortum, mense Februarii, circa Idus immistis seminibus foeni, macriora loca, & utique celsiora, stercorentur; nam editior clivus praebet etiam subjectis alimentum, cum superveniens imber, aut manu rivus perductus, succum stercoris inferiorem partem secum trahit; atque ideo fere prudentes agricolae etiam in aratis collem magis, quam vallem stercorant: quoniam, ut dixi, pluviae semper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt.

Foenum autem demetitur optime antequam inarescat; nam & largius percipitur, & jucundior cibum pecudibus praebet. Est autem modus in siccando, ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur: alterum, quod omnem succum si amisit, stramenti vicem obtinet, alterum, quod si nimium retinuerit, in tabulato putrescit, ac saepe cum concaluit, ignem creat & incendium. Nonnunquam etiam cum foenum cecidimus, imber oppressit: quod si permaduit, inutile est udum movere; meliusque patiemur superiorem partem sole sicari; tunc demum convertemus, & utrumque siccatum coartabimus in strigam, atque ita manipulos vinciemus, nec omni-

E2

no



no cunctabimur, quo minus sub tectum congeratur, vel si non compëtit, ut aut in villam foenum portetur, aut in manipulos colligatur, certe quidquid ad eum modum, quo debet, siccatum erit, in metas extrinxi conveniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enim commodissime foenum defenditur a pluviiis, quae etiã si non sint, non alienum tamen est praedictas metas facere: ut si quis humor herbis inest, exudet, atque excoquatur in acervis: propter quod prudentes agricolae quamvis jam illatum tecto, non ante componunt, quam per paucos dies temete congestum, in se concoqui & defervescere patiantur.

Eximia est herba Medica, quod cum semel seritur, decem annis durat: quod per annum deinde recte quater, interdum etiam sexies demetitur; quod agrum stercoꝝrat

---

*Herba medica.* Konieczyna, od Kantonu w Szwaycarach Luzernénskiego, *Lucernã* albo *Luzernã* iã zowiemy. W dawnych i terãzniejszych czasach wielce zachwalonã. *Medica* zwanã, że od Medów do Grecyi używanie iey przeszło. *Medica externa etiam Graeciae, ut à Medis advecta per bella Persarum.* Plin. l. 18. c. 16. W Polsce miejscami sama rośnie, ale zwyczaj siania iey z wielkim pożytkiem wprowadzany bydź poczyna.

Decem annis durat Pliniusz w miejscu dopięro przytoczoném twierdzi, że raz posianã konieczyna Medycka, przez lat trzydzieści trwać zwykła. U nãs doświadczenié, że do ośmiu lub dziesięciu lat siec raz posianã možna.

coꝝrat, quod omne emaciatum armentum ex ea pinguescit, quod aegrotanti pecõri remediũ est: quod jugerum ejus toto anno tribus equis abunde sufficit. Seritur, ut deinceps praecipiemus. Locum in quo Medicam proximo vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, & cum tota hieme putrescere sinito; deinde Calendis Februariis diligenter iterato, & lapides omnes egerito, glaebasque effringito; postea circa Martium mensem tertiato & occato. Cum sic terram subegeris, in morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito, ut per semitas aqua ministrari possit, aditusque utraque parte runcantibus pateat. Deinde vetus stercus injicito, atque ita mense ultimo Aprilis serito tantum, quantum, ut singuli cyathi seminis locum occupent decem pedum longum, & quinque latum; quod ubi feceris, ligneis rastris, id enim multum confert, statim jacta semina obruantur: nam celerrime sole adurantur. Post sationem ferro tangi locus non debet. Atque, ut dixi, ligneis rastris sartiendus, & identidem runcandus est, ne alterius generis herba invalidam Medicam perimat. Tardius messem primam ejus facere oportebit, cum jam seminum aliquam partem ejecerit. Postea quam voles teneram, cum prosiluerit, deseces licet, & jumentis praebas;



bēas; sed inter initia parcius, dum consuescunt, ne novitas pabuli nocēat: inflat enim, & multum creat sanguinem. Cum secueris autem, saepius eam rigato. Paucos deinde post dies, ut caeperit fruticare, omnes alterius generis herbas eruncato. Sic enim sexies in anno demeti poterit, & permanebit annis decem.

## LISTY

*Sexies in anno demeti.* Pliniusz dodaje, iż nymniej cztery razy w cieplejszych kraich koniczynę sieć można, zwyczajnie sześć; ale dopiero w trzecim roku po sianiu. Pierwszego roku dwa tylko razy, drugiego tylż, ale o tém obszerniej w Elementarnéj książce o Rolnictwie.

## LISTY PLINIUSZA.

*Cajus Plinius Caccilius II.* był rodem z miasta wolnego i swemi się prawy rządzącego *Comum*, przy jeziorze Laryyskiem położonego. Nad tém jeziorém miał bardzo śliczne wioski i domy wiejskie. Urodził się około roku 6. panowania Nerona, r. Chrystusa 60. Był Siestrzencem i Synem przysposobionym Pliniusza starého Weronńczyka, Autora historyi naturalney, uczniem Kwintyliiana. Przez własną zaślugę swoię aż do náypięrszych godności wyniósł się pod panowaniem Traiana, i został pod nim Konsulem. Za tego to Konsularstwa swęgo miał w Senacie ów sławny panegiryk Traiana, wielkiego swęgo dobroczyńcy. Prowincjami Pontu i Bitynii rządził iako Prokonsul. Prowincye mu poruczone doznały iego Filozofii, ludzkości i sprawiedliwości. Jakie świadectwo dał przed Césarzém Chrześcianióm ich życia, obyczajów i spokojności; daie się widzieć w liście 97. xięgi x. Powróciwszy do Rzymu Pliniusz z náywiększą chwałą cnoty, rozumu i nauki, życie na powinnościach obywatelskich i domo-

*Miasta walnego i swemi się prawy rządzącego.*  
Obącz w Dykcyonárzu Starożytności *Municipium*.



domowych przepędzał. Od dziewiętnąstu lat wieku swęgo stawiał w sprawach w Rzymie, z pochwałą powszechną, a tém dziwniejszą, że mu w takiém mieście nie zbywało ani na nienawisnych, ani na usiłujących mu wyrównać. Wszystkim dobrym i poczciwym miły, dobry obywatel, dobry Urzędnik, dobry Syn, Mąż, Ojciec, i przyjaciel gorliwy i wierny, nieodstępny od sprawiedliwości, skromny, przyjemny, wstrzemięźliwy, czystych obyczajów, dobroczynny i hojny. Ze wszystkiemi wieku swęgo uczonemi wielką przyjaźnią złączony, osobliwie z Korneliuszem Tacytém Dzieciopisém sławnym. Obadwa ci Pisarze i przyjaciele za nâyuczénszych wieku swęgo miani. Z dzieł Pliniusza zginęły prawne iego mowy, i Historyá swęgo czasu. Został nám Panegyryk Traiana, gładki i piękny, stylu do przedsięwziętęj rzeczy przyzwoitęgo. . Listy pełne piękności, styl przyjemny, ucinkowy, lepiéy w listach niż w wielkiéy mowie uchodzący. Nie równé listóm Cycerona, zaraz po nich idą, równych nie mają.

Wydaniá Pliniusza znakomitsze są :  
Epistolarum Libri X. per Phil: Beroaldum  
in 4to. Bononiae. 1498.

Epistolarum libri X. cum variis lection: in 8vo Oxonii. 1703.

Episto-

Epistolae & Panegyricus cum annot:  
J. M. Gesneri in 8vo. Lipsiae. 1748.

Epistolae & Panegyricus: recensuit  
Christophorus Cellarius: quasdam notulas  
adjecit M. J. Christ: Herzog, Lipsiae &  
Regiomonti in 8vo. 1761.

C. PLINIUS CORELLIÆ HISPULLÆ S.

Xiggi 3. list 3.

Quum patrem tuum, gravissimum & sanctissimum virum, suspexerim magis amaverim, dubitem: teque in memoriam ejus, & in honorem tuum, unice diligam; cupiam necesse est, ( atque etiam, quantum in me fuerit, enitar ) ut filius tuus avo similis existat, equidem malo materno: quanquam illi paternus etiam clarus spectatusque contigerit: pater quoque & patris illustri laude conspicui: quibus omnibus ita demum similis adolescet, si imbutus honestis artibus fuerit, quas plurimum refert, a quo potissimum accipiat. Adhuc illum pueritiae ratio intra contubernium tuum

Koryllia ta doznała była przyjaźni i szczodrobliwości Pliniusza. Przedat iéy był wioskę swoję za cenę bardzo tanią, z mężem iéy w ścisłéy był przyjaźni. W tym liście daie iéy rady o wychowaniu dzieci, i kręśli obráz dobręgo nauczyciela w Juliusie Genitorze.



tuum tenūit, praeceptores domi habūit, ubi est vel erroribus modica, vel etiā nulla materia. Jam studiā ejus extra limen proferenda sunt, jam circumspectendus rhetor Latinus, cujus scholae severitas, pudor inprimis, castitas constet. Adest enim adolescenti nostro cum caeteris naturae fortunaeque dotibus, eximia corporis pulchritudo: cui in hoc lubrico aetatis non praeceptor modo, sed custos etiā rectorque quaerendus est. Vidēor ego demonstrare tibi posse Julium Genitorem; amatur a me: iudicio tamen meo non obstat caritas hominis, quae ex iudicio nata est. Vir est emendatus & gravis: paulo etiā horridior & durior, ut in hac licentia temporum. Quantum eloquentia valēat, pluribus credere potes: nam dicendi facultas aperta & exposita statim cernitur. Vita hominum altos recessus magnasque latebras habet; cujus pro Genitore me sponsorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet, nisi profuturum: nihil discet, quod

---

*Non praeceptor modo sed custos.* Wielkǎ jest różnica między mistrzēm umiejętności i naukę małym, a między rozsądnym, cnotliwym, czułym, znałomości człowieka małym dozorcą wychowania. Rzadko się kiedy te przymioty łączą. A drugi potrzebniejszy jest jak pierwszy. Łatwiej jest dawać nauki, niż wykształcić młodym rozum gruntowny, kierować jego sercem, i wprawiać go w dobre zwyczaje. Piękne w téj rzeczy uwagi Pliniusza Nauczyciel dá poznać i uczuć swoim ucznióm.

quod nescisse rectius fuerit. Nec minus saepe ab illo, quam a te meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quae nomina & quanta sustineat. Proinde, faventibus diis, trade eum praeceptor, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, quae male sine moribus discitur. Vale.

---

C. PLINIUS CORNELIO TACITO SUO S.

*Xiggi 4. list 13.*

Salvum te in urbem venisse gaudeo. Venisti autem, si quando alias, nunc maxime mihi desideratus. Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, ut opusculum, quod est in manibus, absolvam. Verēor enim, ne, si hanc intentionem jam in finem laxavero, aegre resumam: intērim ne quid festinationi meae perēat, quod sum praesens petiturus, hac quasi praecursoria epistola rogo. Sed prius accipe causas rogandi, deinde ipsum, quod peto. Proxime quum in patria mea fui, venit ad

---

W tym liście Pliniusz opowiedziawszy Tacytowi, jako współobywatelów swoich (*municipes*) namawiał, żeby u siebie szkoły założyli, prosi go, aby chciał upatrywać zdanego Nauczyciela.

Mogą się z myśli i wyrazów Pliniusza nauczyć rodzice, jaką mieć powinni troskliwość o oświecenie dzieci swoich w dobrych naukach.



ad me salutandum municipis mei filius praetextatus. Huic ergo, studes? inquam. Respondit, Etiam. Ubi? Mediolani. Cur non hic? Et pater ejus, (erat enim una, atque etiam ipse adduxerat puerum) Quia nullos hic praeceptores habemus. Quare nullos? Nam vehementer intererat vestra, qui patres estis, (& opportune complures patres audiebant) liberos vestros hic potissimum discere. Ubi enim aut jucundius morarentur, quam in patria: aut pudicium continerentur, quam sub oculis parentum? aut minore sumptu, quam domi? Quantulum est ergo, collata pecunia, conducere praeceptores? quodque nunc in habitationes, in viatica, in ea quae peregre emuntur, inspenditis, adjicere mercibus? Atque adeo ego, qui nondum liberos habeo, paratus sum, pro republica nostra, quasi pro filia vel parente, tertiam partem ejus, quod conferre vobis placebit, dare. Totum etiam pollicerer, nisi timerem, ne hoc munus meum quando-

---

*Mediolani.* Medyolan miasto Włoskie (*Milano*) od dawności nauk stolica było. Stąd dawano mu nazwisko *Novych Aten*, iako się widzieć daie w napisie iednym Medyolańskim za Antonina Pobożnego. *AQUÆ DUCTUM IN NOVIS ATHENIS COEPTUM A DIVO APPRIANO PATRE SUO CONSUMMAVIT DEDICAVITQUE.* Obacz Gruttera p. 177. i Cluverium *Italic. Antiqu.* l. 24.

doque ambitu corrumpetur, ut accidere multis in locis video, in quibus praeceptores publice conducuntur. Huic vitio uno remedio occurri potest, si parentibus solis jus conducendi relinquatur, iisdemque religio recte judicandi necessitate collationis addatur. Nam qui fortasse de alieno negligentes, certe de suo deligentes erunt: dabuntque operam, ne eam a me pecuniam nonnisi dignus accipiat, si accepturus & ab ipsis erit. Proinde consentite, conspirate, majoremque animum ex meo sumite, qui cupio esse quanti plurimum, quod debeam conferre. Nihil honestius praestare liberis vestris, nihil gratius patriae potestis. Edoceantur hic, qui hic nascuntur, statimque ab infantia natale solum amare, frequentare consuescant. Atque utinam tam claros praeceptores inducatis, ut a finitimis oppidis studia hinc petantur! utque nunc liberi vestri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum confluant. Haec putavi altius, & quasi a fonte repetenda; quo magis scires, quam gra-

---

*Ambitu corrumpetur.* Dla tego Pliniusz chce, żeby obranie i po części płaca Nauczycielów do obywatelów należała: bo gdyby cały koszt on wyznaczył, trafiłoby się często, iż nie ci, którzyby zdolni byli, ale którzyby więcej zabiegów czynili, mieysce nauczycielów otrzymywali. A tak dar iego byłby żądzą wyniesienia się podstępami i nieprzyzwolonymi zabiegami skażony: *ambitu corrumpetur,*



gratum mihi foret, si susciperes, quod injungo. Injungo autem, & pro rei magnitudine rogo, ut ex copia studiosorum, quae ad te ex admiratione ingenii tui convenit, circumspicias praeceptores, quos sollicitare possimus: sub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obstringam. Omnia enim libera parentibus servo. Illi iudicent, illi eligant: ego mihi curam tantum & impendium vindico. Proinde si quis fuerit repertus, qui ingenio suo fidat, eat illuc ea lege, ut hinc nihil aliud certum, quam fiduciam suam ferat. Vale.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

Xięgi 6. list 16.

Petis, ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tradere posteris possis. Gratias ago: nam video, morti ejus, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam

Tacyt prosił był Pliniusza, aby mu Wulf śmierć opisał, potrzebując tę wiadomość do Historji swojej. (C. Plinius Secundus Wuy tegoż młodszego Pliniusza przyjął go za syna swęgo przysposobionęgo. Stawnym jest Historji naturalnej Autoręm. Obszernejszą znajomość tego podaję w Wypisach z Autorów klasycznych na Klasse piątą.)

Misenum. Miasto i wielki Cypel nadmorski w Kampanii.

positam. Quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbis memorabili casu, quasi semper victurus occiderit: quamvis ipse plurima opera & mansura condiderit; multum tamen perpetuari ejus scriptorum tuorum aeternitas addet. Equidem beatos puto, quibus deorum munere datum est aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos vero, quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus & suis libris, & tuis erit. Quo libentius suscipio, depono etiam, quod injungis. Erat Miseni, classemque imperio praesens regebat. Nono Calend. Septembris, hora diei fere septima, mater mea indicat ei, apparere nubem inusitata & magnitudine & specie. Usus ille sole, mox frigida; gustaverat jacens, studebatque: poscit solēas, adscendit locum,

ex

Classemque imperio. Nad Flotę Misenińską natęczas przełożonym był Pliniusz.

Nono cal. Septemb. Dwudziestęgo drugięgo Siępnia. Roku Chrystusa 79. trafiło się owo niezwyčajne wybuchnięnie góry Wezuwiusza (w Królestwie Neapolitańskiem) które zalało, zasypało i zgnębiło nie mało miast, i znaczną część krajn: tak gwałtownę było, że popiół powiadaią zalatywał aż do Afryki, Syryi i Egiptu.

Usus ille sole. Zwyczajną rzecz u Rzymian była dla zdrowia chodzić pięrszych godzin po słońcu. Zwali to insolatio.

Gustare. Znaczy lekko podieść; zwyczaj tén mieli dawni koło południa. Obacz w Dykeyonarzu Starożytn. Coena.



ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes (incertam procul intuentibus, ex quo monte: Vesuvium fuisse postea cognitum est) oriebatur, cujus similitudinem & formam non alia magis arbor, quam pinus expresserit. Nam longissimo velut trunco elata in altum, quibusdam ramis diffundebatur; credo quia recenti spiritu evecta, deinde senescente eo destituta, aut etiam pondere suo victa, in latitudinem vanescebat: candida interdum, interdum sordida & maculosa, prout terram cineremve sustulerat. Magnum propiusque noscendum id eruditissimo viro visum. Jubet Liburnicam aprari: mihi, si venire una vellem, facit copiam. Respondi, studere me malle: & forte ipse, quod scriberem, dederat. Egrediebatur domo, accipit codicillos. Retinae classarii imminente periculo exterriti (nam villa ea subjacebat, nec ulla nisi navibus fuga) ut se tanto discrimini eriperet, orabant. Non vertit ille consilium, sed quod studioso animo inchoaverat, obit maximo. Deducit quadriremes, ascendit ipse non Retinae modo, sed multis (erat enim frequens amaenitas orae) latu-

*Liburnicam.* Statek, galera o dwóch rzędach wiosel, lekká i szybká. *Liburnica* nazwaná, że od Liburnéńczyków używaná (*Livorno.*)

*Retina.* Wioska nie daleko *Misenum.*

urus auxilium. Propērat illuc, unde alii fugiunt; rectumque cursum, recta gubernacula in periculum tenet, adēo solutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprehenderat oculis dictaret enotaretque. Jam navibus cinis incidērat, quo propius accederet, calidior & densior: jam pumices etiam, nigrique & ambusti & fracti igne lapides: jam vadum subitum, ruinaque montis littora obstantia: cunctatusque paullum, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti, **FORTES**, inquit **FORTUNA JUVAT**: Pomponianum pete. Stablis erat, diremptus sinu medio. Nam sensim circumactis curvatisque littoribus mare infunditur. Ibi quam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen, & quum cresceret, proximo, sarcinas contulerat in naves, certus fugae, si contrarius ventus resedisset: quo tunc avunculus meus secundissimo invectus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur: utque timorem ejus

F

sua

*Vadum subitum.* Bród nagle otwarty przez trzęsienie ziemi; ruinaque montis, i brzeg gorą prawie rozsypaną zawałony.

*Fortes fortuna* &c. Dáwné Lacińskie przysłowie. *Pomponianum.* Kierować káże do Stabiów (*Stabiae.*) gdzie się przyziacił Pliniusza Pomponianus znajdował.

*Stabiae.* Niegdyś miasto nadmorskie Kampanii, pod czas wojny sprzymierzeńców zniesione, w wioskę się zamieniono.



sua securitate leniret, deferri se in balnēum jubet; lotus accūbat, caenat, idque hilāris, aut quod est aeque magnum, similis hilāri. Intērim e Vesuvio monte pluribus locis latissimae flammae altaque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenēbris noctis excitabatur. Ille agrestium trepidatione igni relictas desertasque villas per solitudinem ardere, in remedium formidinis, dictabat: tum se quieti dedit, & quievit verissimo quidem somno. Nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem corporis gravior & sonantior erat, ab iis, qui limini obversabantur, audiebatur. Sed arēa ex qua diacta adibatur, ita iam cinēre, mixtisque pumicibus oppleta surrexerat, ut si longior in cubiculo mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit, seque Pomponiano, caeterisque, qui pervigilant, reddit. In commune consultant, an intra tecta subsistant, an in aperto vagentur. Nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant, & quasi emota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur.

Sub

---

*Similis hilari.* Wzór meztwa. Albo się w śród niebezpieczeństwa nie lękać, albo się tak, jak gdybyśmy się nie lękali, sprawować.

*Meatus animae.* Oddychanie. Anima, tu i czego sto znaczy dech, oddychanie.

*Diacta.* Izba stołowa, *Wieczernik.* Obacz w Dykeyonarzu Starożytn. *Domus,*

Sub dio rursus, quanquam levium exesorumque, pumicum casus metuebatur; quod tamen periculorum collatio elegit, & apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Cervicalia capitibus imposita lintēis constringunt. Id munimentum adversus decidentia fuit. Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque: quam tamen faces multae variaque lumina solvebant. Placuit egrēdi in littus, & e proximo adspicere, ecquid jam mare admittēret, quod adhuc vastum & adversum permanebat. Ibi super abjectum lintēum recūbens, semel atque iterum frigidam poposcit, hausitque: deinde flammae, flammaramque praenuntius odor sulfuris, alios in fugam vertunt, excitant illum. Innixus servis duobus adsurrexit, & statim concidit, ut ego conjecto, crassiore caligine spiritu obstructo, clausoque stomacho, qui illi natura invalidus & angustus, & frequenter interaestuans erat. Ubi dies redditus (is ab eo, quem novissime viderat, tertius) corpus inventum est integrum, illaesum, opertumque ut fuerat indutus: habitus corporis quiescenti, quam defuncto, similior. Intērim Miseni ego & mater. Sed nihil ad historiam, nec tu

Fz

alud,

---

*Interaestuans stomachus.* Burzył się często żołądek.



aliud, quam de exitu ejus, scire voluisti. Finem ergo faciam: unum adjiciam, omnia me, quibus interfueram, quaeque statim, quum maxime vera memorantur, audiveram, vere persequutum: tu potissima excerpes. Aliud est enim epistolam, aliud historiam; aliud amico, aliud omnibus scribere. Vale.

C. PLINIUS QUINTILIANO SUO S.

Xięgi 6. list 32.

Quamvis & ipse sis continentissimus, & filiam tuam ita constituēris, ut decebat filiam tuam, Tutillii neptem; quum tamen sit nuptura honestissimo viro, Nonio Celerī, cui ratio civilium officiorum necessitatem quamdam nitoris imponit: debet, secundum conditiones mariti, veste, comitatu

*Quintilianus.* Retor, Nauczyciel Pliniusza, człowiek znaczny i wielce cnotliwy, ale nie zbyt bogaty, wydawał za żonę córkę swoję. Pliniusz zwyczajnie hojny i wspaniały, na wyprawę dla córki ofiarował pięćdziesiąt tysięcy sestercyjów (Obacz w Dyke. Starożyt. *Sestercius.*) Nie może nikt grzecznię przyiacielowi czynić podarunku, iak Pliniusz. Dá Nauczyciel postrzegać tén sposób pełny obyczajności w wyrazach tego listu. Wielką jest sztuka umieć ludzióm znacnym a nie bogatym dobrze czynić, dogadzać ich potrzebóm, a nie urażać szlachetny ich duszy.

mitatu ( quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen ) instrui. Te porro animo beatissimum, modicum facultatibus scio: itaque partem onēris tui mihi vindico, & tanquam parens alter puellae nostrae, confēro quinquaginta millia nummum: plus collaturus, nisi a verecundia tua sola mediocritate munuscūli impetrari posse confidērem, ne recusares. Vale.

M. T. C. C. Curioni S. D. Xięgi 2. list 1.

Quanquam me nomine negligentiae suspectum tibi esse dolēo, tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam jucundum requiri: praesertim cum in quo accusabar, culpa vacarem: in quo autem desiderare te significabas

*Modicum facultatibus.* Quintilian doś się do-  
brze miał w porównaniu z jnszēmi nauczycielami  
Retoryki (*Juven. Sat. 7.*) ale nie względem Plini-  
usza, ani względem zięcia Celerę, ieżeli tén sám  
był, który Hiszpanii rząd sprawował.

*List pisany roku Rzymu 700.*

Cały tén list pełny grzeczności. Wymawia się z obwiniēnia, iakoby do Kuryona nie pisywał. Cieszy się z jego wyniesiēnia. Przypominá dawną przyiaźń i pieczołowitość ku młodému Kuryonowi.

*C. Scribonius Curio.* Oyca miał wymowę i zwięzłoty sławnę; równy mu co do wymowy, niepodobny co do obyczajów. Rozrzutny, a zatém w śród obfitęgo domu często w niedostatku, o sławę niedbały, na wszelką zbrodnię odważny, na szkodę Rzeczypospolitéy dowcipny i wymowny.



cabas meas litēras , prae te ferres perspe-  
ctum mihi quidem , sed tamen dulcem &  
optatum amorem tuum. Equidem neminem  
praetermisi , quem quidem ad te perventu-  
rum putarem , cui litēras non dedērim.  
Etēnim quis est tam scribendo impiger ,  
quam ego ? A te vero bis terve summum ,  
& eas perbreves accepi. Quare si iniquus  
es in me iudex , condemnabo eodem ego te  
crimine : sin me id facere noles , te mihi  
aequum praebere debebis. Sed de litēris hac-  
tēnus : non enim verēor ne non scribendo  
te explēam : praesertim si in eo genēre stu-  
dium meum non aspernabere. Ego te ab-  
fuisse tamdiu a nobis & dolū , quod ca-  
rui

Cycero z przyiázní ku niému wielé mu dobrého  
radził: Ale człowiek niestały w swych ułożeniach, od-  
mięniął się względem stron wojną domową Rzecz-  
pospolitą szarpiących. Przywiązawszy się piér-  
wéy do Pompeiusza, przygnał potém do Cézara.  
Piędzdzmi przeciagniony całą siłą obrócił się prze-  
ciw Senatowi i Rzeczypospolitéy ( Roku 704. ) Ju-  
ba Król Maurytanii sprzyjający Pompeiuszowi, za  
to w nienawiści miał Kuryona, iż będąc Trybu-  
nēnēn pospólstwa, Królestwo jego w Prowincyá chciał  
obrócić: przez zemstę zgubę mu knował. Gdy Ku-  
ryo po kilku szczęśliwych potyczkach w Afryce nie  
ostrożnie napadł na woysko Króla, rozumiejąc, iż  
z wodzēm jego i małą żolnierzy garstką miał do  
czynieniá, od samého Juby i woyska jego oto-  
czony z naglą, oprzec się nié mógl. Wtedy Do-  
micyuszowi nad iazdą przełożonému, gdy mu ucie-  
czkę radził, rzekł Kuryo: Jáz się mám kiedy przed  
oblicze Cézara pokazać, straciwszy mu woysko mnie  
poruczoné ? I tak w bitwie poległ.

*De literis hactenus. Manutius człowiek w wieku*

rui fructu jucundissimae consuetudinis :  
& laetor , quod absens omnia cum maxi-  
ma dignitate es consecutus: quodque in o-  
mnibus tuis rebus , meis optatis fortuna re-  
spondit. Breve est , quod me tibi praeci-  
pere meus incredibilis in te amor cogit :  
tanta est expectatio vel animi , vel inge-  
nii tui , ut ego te obsecrare obtestarique  
non dubitem , sic ad nos conformatus re-  
vertare , ut quam expectationem tui con-  
citasti , hanc sustinere ac tueri possis. Et  
quoniam meam tuorum erga me merito-  
rum memoriam ulla nunquam delebit obli-  
vio , te rogo , ut meminēris , quantaecun-  
que tibi accessiones fient & fortunae , &  
dignitatis , eas te non potuisse consēqui ,  
nisi meis puer olim fidelissimis atque aman-  
tissimis

16. nauką i znaiomością starych Autorów znakomity,  
taki na to miejsce przypis Grammatyczny napisał.  
Nauzyciel go przedumaczy. A oráz powezmie dlá  
siebie przykiád , iak má w oyczystym igyzyku prze-  
strzegac , aby wlasność wyrazów zachowaná byla.  
Tém u nás grzesza , i nieposledni z jnych miar  
Pisarze , ze stów nie iedno znaczących , zarównio  
bez różnicy , bez braku , bez względu na ich wla-  
sność uzywaja. Stąd niedokładność w tłumaczeniu  
się , stąd ciemność nawet w prawach , w mowach  
i pismach tak publicznych iak prywatnych. Przypis  
Manueyusza iest taki: „ Dixi jam nihil esse in Latina  
„ lingua contemendum ; si modo ea proprie , recte  
„ que uti cogitamus. Quare subjungam , quae nonnullis  
„ fortasse levia videantur : sed , quo turpius in mini-  
„ mis labimur ; eo diligentior esse debet animad-  
„ versio. Hactenus , & adhuc , aequae continuationem



28  
tissimis consiliis paruisse. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut aetas nostra jam ingravescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Vale. M. T. C.

M. T. C. Appio Pulchro S. D. Xiggi 3, list 9.

Vix tandem legi literas dignas Appio Clodio, plenas humanitatis, officii, diligentiae

„ significant; sed hoc differunt. quod, *Hactenus* de re  
„ semper usurpatur; *Adhuc* de tempore. Non enim  
„ recte dixeris: *Hactenus ita sensi*, sed *Adhuc ita sensi*.  
„ *si*. Contraque proprie non dicitur, *de literis adhuc*:  
„ sed, *de literis hactenus*. Etiam illud observavimus,  
„ non eandem utroque continuationem significari. Nam  
„ *Hactenus*, absolutae rei continuationem semper indicat;  
„ *Adhuc*, interdum etiam non absolutae: ut  
„ epist. 20. lib. 2. ad Attic. Clodius adhuc mihi denuntiat  
„ periculum. Exemplorum refertus est Cicero. *Manutius*. „

Ut aetas nostra jam ingravescens. Nie masz dla ludzi sędziwych nic miłszego jako odbierać pociechę w przywiązaniu i uszanowaniu ku sobie młodszych. Jest to znakiem zepsutych obyczajów, znakiem, który się w wielkich miastach starych. Wiadome słowa iednego starca w Atenach. Późno przyszedł na widowiska, żaden się z młodych Aténczyków nie ruszył: błakał się starzec, aż trefunkiem postrzegli go Spartańczykowie, goście, na ów czas w Atenach, powstałi prędko i miejsca sędziwemu ustąpili. Rzekł on na tén czas: Nasza Aténska młodź umie o Filozofii i obyczajowych obowiązkach mówić, a Lacedemończycy umieją ié zachować.

List pisany Roku Rzymu 703.

Appius Claudius pulcher. Z wielce szlachetnego Klaudyuszów rodu: Prowincją Cylicy i Cypru rządził. Następce miał Cyncerona. Wrodzoną klan-

29  
gentiac. Aspectus videlicet urbis tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit. Nam quas ex itinere, antequam ex Asia egressus es, ad me literas misisti, unas de legatis a me prohibitis proficisci, alteras de Appianorum aedificatione impedita, legi perinvitus.

dyuszów familii hardością (*in vita Claudiae familiae superbia*. Tacit.) żądzą bogactw, umysłem dzikim, zdzierstwem Prowincyi sobie poruczonych, śmiałością na wszystkie zbrodnie zarabiał sobie na nienawidzie dobrych. Z Cynceronem, który po nim w rządzie Cylicy nastąpił, ani się nawet zjechał podług zwyczaju chciał. Z powodu pychy, którą w nim szlachetność rodu niesłusznie wzbudzała, pogardzał następcą swoim nowo szlachectwem i urzędami przez wymowę i zasługi w oyczyźnie zaszczyconym. Nie kontent, że mu Prowincją zdawał. Uważając wyrazy Cyncerona do Appiusza, zdaie się: iż Cyncero tak dla swoich względów, iako téż dla dobra Oyczyzny usiłował sobie zjednać człowieka potężnego. Nie raz mu iednak dumę z szlachetności wynikającą wymawiał, i dość mocno. Appiusz w rozterkach domowych za Pompeiuszém poszedł: przed Farsalską potyczką, gdzie Pompeiusz zginął, chorobą życia zakończył.

Tén list Cynceron pisze do Appiusza z Prowincyi. Na grzeczny list iego grzecznie odpowiada. Winszuie otrzymanego po trudnościach triumfu. O ustanowieniu dla siebie *Supplikacyi* prosi. Obacz w Dykc. Star. *Supplicatio*: zachęca do zakończenia Xiąg Auguralnych. Obacz tamże: *Augur*.

*De Appianorum aedificatione*. Appiani, których w jnych rękopismach dzieł Cyncerona *Apamaeani* błędnie zowią, był to lud Prowincyi Cylicy Prokonsularskiemu Appiusza, a potem Cyncerona rządowi poruczony. *Aedificatione*. Staral się Appiusz, aby mu lud wspomniany, iakoby obrońcy i wybawicielowi swému, kościół albo posąg na pamiątkę wystawił.



tus. Itaque conscientia meae constantis erga te voluntatis, rescripsi tibi subiratus. Iis vero literis lectis, quas Philotimo, liberto meo dedisti; cognovi, intellexique, in provincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus esse nollent: ad urbem vero ut accesseris, vel potius ut primum tuos videris, cognosce te ex iis, qua in te absentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te observantia & constantia fuisset. Itaque quanti illud me aestimare putas, quod est in tuis literis scriptum: si quid incidere, quod ad meam dignitatem pertineat, etsi vix fieri possit, tamen te parem mihi gratiam relaturum? Tu vero facile facies: nihil est enim, quod studio & benevolentia, vel amore

*Rescripsi subiratus.* Odpisując na list Appiusza Cynceron (odpis ten jest list 7. téżże xięgi) uskárza się na niesprawiedliwą jego ku sobie urazę i oczywiście wytykà wyniosłość jego ze szlachectwa. Pięknje mu i mocno daje do poznania, iak cnotę nad rodowitość przekládà. Szlachetnie tém się chlubiàc, iż przez cnotę i zasługi sám do náywyższych godności przyszedł. *Etiame tu . . . . ullam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas? Cum ea consecutus nondum eram, quae sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus; viros esse, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. Postea vero quam ita & cepi & gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem; superiorem quidem nunquam, sed parem vobis me speravi esse factum.*

more potius, effici non possit. Ego etsi & ipse ita iudicabam, & fiebam crebro a meis per literas certior; tamen maximam laetitiam cepi ex tuis literis de spe minime dubia, & plane explorata triumphi tui: neque vero ob eam causam, quo ipse facilius consequerem, (nam id quidem Epicureion est) sed mehercule, quod tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se. Quare quoniam plures tu habes, quam caeteri, quos scias in hanc provinciam proficisci, quod te aduent fere omnes, *si quid velis*; gratissimum mihi feceris, si ad me, simul atque adeptus eris, quod & tu confidis, & ego opto, literas miseris. Longi subsellii (ut noster Pompeius appellat) iudicatio, & mora, si quem tibi item unum alterum-

*Epicureion*: rzecz epikureyzykowi włásná, toiest temu, który idąc za zdaniem Epikura, wszystko do siebie, do swęgo pożytku stósuje, wszystko na tém zakládà. Przestrzeże nauczyciel: iż rozmaite i przeciwné są rozumienia uczonych o Epikura Filozofii i nauce, które w xiażce elementarney wiadomości historyczney nauk i umiejetności i kunsztów wyłożone będą. Jedni go o nieuczciwé i cnoście przeciwné zdania obwiniają, drudzy w nauce jego obyczajowey, nim od uczniów i następców szkoły Epikura skazonà została, nie sromotného nie uznają.

*Quod te aduent fere omnes: si quid velis.* Przychodzą do ciebie prawie wszyscy odieżdżający, pytając się: czyli co rozkażesz. Sposób mówienia z grzeczności pytających się przy peżegnaniu.

*Longi subsellii iudicatio.* Sprawa do której osądzenia wielu zasiadających Sędziów potrzeba, jako sprawa tryumfu.



alterumve diem abstulerit, ( quid enim potest amplius? ) tua tamen dignitas suum locum obtinebit. Sed si me diligis, si a me diligere vis, ad me literas, ut quam primum laetitia afficiar, mittito. Et velim reliquum, quod est promissi, ac muneri tui, mihi persolvas. Cum ipsam cognitionem juris augurii consequi cupio, tum mercede tuis incredibiliter studis erga me, muneribusque delector. Quod autem a me tale quiddam desideras, sane mihi considerandum est, quo nam te remunerer potissimum genere: nam profecto non est meum, qui in scribendo ( ut soles admirari ) tantum industriae ponam, committere ut negligens scribendo fuisse videar: praesertim cum id non modo negligentis, sed etiam ingrati animi crimen futurum sit. Verum haec videbimus. Illud quod polliceris, velim pro tua fide diligentiaque, & pro nostra non instituta, sed jam inveterata amicitia, cures, enitare, ut supplicatio nobis quam honorificentissime, quam primumque decernatur. Omnino serius misi literas, quam vellem: in quo cum navigandi difficultas fuit odiosa, tum ipsum in discessum Senatus incidisse credo literas meas. Sed id feci

*Reliquum, quod est promissi ac muneris.* Upominá się o Auguralné xiążki.

*Discessum Senatus.* Rozhodził i limitował się Senat w kwietniu, którego miesiąca albo igrzyska i

feci adductus auctoritate & consilio tuo: idque a me recte factum puto, quod non statim ut appellatus Imperator sum, sed aliis rebus additis aestivisque confectis, literas miserim. Haec igitur tibi erunt curae, quemadmodum ostendis: meque totum, & mea, & meos commendatos habebis. Vale.

*Servius Sulpicius M. T. Cic. S. D.*

*Xięgi 4. list 5.*

Postea quam mihi renuntiatum est de obitu Tulliae, filiae tuae, sane quam, pro eo

---

święta, albo seymy odprawowane nie pozwołały zasiadania Senatu.

*Imperator.* Obacz w Dykc: Staroż: pod *Imperator.* Ogłoszony był Cyceron Imperatorem po zwycięztwie otrzymanem z Amaniensów ludu Azyatyckiego, i po wzięciu *Pindenissu* miasta.

*List pisany roku Rzymu 708.*

*Servius Sulpicius Rufus.* Mąż wysokiego urodzenia, biegły w prawie, urzędnik mądrością zalęcony, obywatel cnotliwy: był wielkim Cycerona przyjacielem. W rozterkach domowych zawsze miłośnik wolności, chciał ją drogami spokojnemi utrzymać. Po wygórowaniu Cezara, w wielkim u niego wzięciu Sulpicyusz, całą swoją powagę na tołożył, aby nędznym obywatelom był ku pomocy: wielom u Cezara pojednanie otrzymał. W roku 710. na poselstwie do Antoniusza w sprawach pospolitych podiety, mocno już podeszły, umarł.

Ten list Sulpicyusz pisał będąc Grecyi Rządzcą, (*Praefectus*) list pełny wolności w pocieszeniu Cycerona strapionego śmiercią córki Tullii.



eo ac debui, graviter molesteque tuli; communemque eam calamitatem existimavi: qui si istic affuissem, neque tibi defuissem, coramque meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserum atque acerbum est, propterea quia per quos ea confieri debet, propinquos ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur; neque sine lacrymis multis id conari queunt: uti magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quam aliis posse suum officium praestare: tamen quae in praesentia in mentem mihi venerunt, decrevi brevi ad te perscribere; non quod ea te fugere existimem, sed quod forsitan, dolore impeditus, minus ea perspicias. Quid est, quod tanto opere te commoveat tuus dolor intestinus? Cogita quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quae hominibus non minus quam liberis, cara esse debent: patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem

---

Rzádko pocieszania w ciężkiem nieszczęściu mają swój skutek. Prawda, że przez pisanie łatwiej jest pocieszać niż osobiście. I między ludźmi, którzy się w Filozofii i naukach kochają, takowe piśma mogą bydź ulżeniem w żalu. List ten jest wzorem przyjacielskiego pocieszenia.

*Cogita quemadmodum &c.* Z okoliczności czasów Rzeczypospolitej w rozterkach domowych i w upadku wolności.

rem adjungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet, atque omnia minoris aestimare? An illius vicem, credo, doles? Quoties in eam cogitationem necesse est & tu venis, & nos saepe incidimus, hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare? Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magno opere invitare posset? quae res? quae spes? quod animi solatium? Ut cum aliquo adolescente primario conjuncta aetatem ageret? Licitum est tibi (credo) pro tua dignitate ex hac juventute generum deligere, cujus fidei liberos tuos te tuto committere putares. An ut ea liberos ex sese pareret: quos cum florentes videret lactaretur? qui rem a parente traditam per se tenere possent? honores ordinatim petiti essent in republica? in amicorum negotiis libertate sua uti? Quid horum fuit, quod non prius, quam datum est ademptum sit? At vero

---

*Ut cum aliquo adolescente &c.* Tullia rozwiedziona była z Dolabella. O rozwodach Rzymian patrz w Dykcyonarzy Starożytności.

*An ut ea liberos ex sese pareret.* Miała była Tullia jedno dziecko, które umarło. O czém Cyce-ro do Attyka w Xiędze x. lis. 16.

*Liberalitate. Liberalitas* nie tylko rozdawanie hojné znaczy; ale tu i w wielu mieyscach, grzeszność, uczynność.



vero malum est liberos amittere. Malum, nisi hoc pejus sit, haec sufferre & perpeti. Quae res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram versus navigarem, caepi regiones circumcirca prospicere. Post me erat Aegina: Ante Megara: dextra Piraeus: sinistra Corinthus: quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata & diruta ante oculos iacent. Caepi ego met mecum sic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, si quis nostrum interit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant? Visne tu te, Servi, cohibere, & meminisse hominem te esse natum? Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo, uno tempore, tot viri clarissimi interierunt: de imperio praeterita tanta diminutio facta est: omnes provinciae conquassatae sunt: in unius mulierculae anima, si jactura facta est, tanto opere commoveris? Quae si hoc tempore non diem suum objisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit: quoniam homo nata fuerat. Etiam ab hisce tu rebus animum ac cogitationem

tuam

tuam avoca, atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt: illam, quamdiu fuerit opus ei, vixisse; una cum republica fuisse: te patrem suum, Praetorem, Consulem, augurem vidisse: adolescentibus primariis nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfunctam esse: cum Republica occideret, vita excessisse. Quid est, quod tu, aut illa, cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique noli te oblivisci Ciceronem esse, & eum qui aliis consueveris praecipere & dare consilium: neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se Medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius, quae aliis tute praecipere soles, ea tute tibi subice, atque apud animum propone. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat: hoc te expectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. Quod si quis etiam inferis sensus est; qui illius in te amor fuit, pietasque in omnes suos, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc il-

G li

---

*Adolescentibus primariis nuptam.* Za trzema mężami Tullia była. Piérwszego miała Kaja Kalpurniusza Pisóna Frugi, drugiego Furyusza Krassypeda, trzeciego Dolabelle, z którym się rozwiódła. Umarta przy półogn. Jest onaytka w Plutarchu i Askoniuszcu, którzy dwóch tylko zięciów Cycerona mianują, a jeszcze jednego z nich Lentula, żaden zaś Lentulus nie był mężem Tullii. *Manutius Autor noty.*



li mortuac: da caeteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore moerent: da patriae: ut, si qua in re opus sit, opera & consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit; noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam, quam Reipublicae tempora & aliorum victoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere. Quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re te laudem apisci: fac aliquando intelligamus, adversam quoque te aequae ferre posse, neque id majus, quam debeat, tibi onus videri, ne ex omnibus virtutibus haec una tibi videatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tranquilliores animo esse cognoro, de iis rebus, quae hic geruntur, quemadmodumque se provincia habeat, certiores faciam. Vale.

M. T.

Apisci, za adipisci po staroŝwiecku.

M. T. C. Serv. Sulpicio S. D. Xiggi 4. list. 6.

Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses. Quantum enim praesens me adjuvare potueris & consolando, & prope aequae dolendo, facile ex eo intelligo, quod literis tuis lectis aliquantum acquievi. Nam & ea scripsisti, quae levare luctum possent, & in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus omnibus officiis, quae illi tempore tribui potuerunt, declaravit & quanti ipse me faceret, & quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cujus officia jucundiora scilicet saepe mihi fuerint, nunquam tamen gratiora. Me autem oratio tua solum; & societas pene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur. Turpe enim esse existimo, me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quae caeteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerant. Nam & Q. Maximus,

Gz

ximus,

Tegoŝ co i poprzedzajacy roku pisany.

Dziękuję za dowód przyjaźni w pocieszeniu danym, i pragnie powrotu tego dla miłego z sobą obcowania.



simus, qui filium consularem, clarum virum & magnis rebus gestis amisit: & L. Paulus, qui duos septem diebus: & vester Gallus, & M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt; ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex Republica consequebantur. Mihi autem, amissis ornamentis iis, quae ipse commemoras, quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum, manebat illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non Reipublicae procuracione impediabantur cogitationes meae: nihil in foro agere libebat: aspicere curiam non poteram: existimabam, id quod erat, omnes me & industriae meae fructus, & fortunae perdidisse. Sed, cum cogitarem, haec mihi tecum & cum quibusdam esse communia: & cum frangerem jam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter, habebam quo confugerem, ubi conquiescerem, cujus in sermone & suavitate omnes curas doloresque deponerem. Nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum me a Republica maestum domus excipiebat, quae levaret: sic nunc domo moerens ad Reipublicam confugere possum

---

*Noster Gallus.* Gallus był z rodu Sulpicyuszów.

possum, ut in ejus bonis acquiescam. Itaque & domo absum, & foro, quod nec eum dolorem, quem a Republica capio, domus jam consolari potest, nec domesticum Republica. Quo magis te expecto, teque videre quamprimum cupio. Major mihi levatio afferri nulla potest, quam conjunctio consuetudinis, sermonumque nostrorum: quanquam sperabam tuum adventum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cum multis de causis te exopto quamprimum videre, tum etiam ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus: quod est totum ad unius voluntatem accommodandum, & prudentis, & liberalis, & (ut perspexisse video) nec a me alieni, & tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magnae est tamen deliberationis, quae ratio sit in eunda nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi. Vale.

---

M. T. C.

---

*Ad unius voluntatem.* Do woli Cézara, który Rzeczpospolitą opanował.



M. T. C. M. TERENTIO VARRONI S. D.

Xięgi 9. list 1.

Ex his litēris, quas Atticus a te mis-  
sas mihi legit, quid ageres, & ubi esses,  
cognovi: quando autem te visuri essemus,  
nihil sane ex iisdem litēris, potui suspi-  
cari. In spem tamen venio appropinqua-  
re tuum adventum, qui mihi utinam so-  
latio sit: etsi tot tantisque rebus urgemur,  
ut nullam allevationem quisquam non stul-  
tissimus sperare debeat: sed tamen aut  
tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re  
juvare. Scito enim me, posteaquam in  
urbem venērim, rediisse cum veteribus a-  
micis, id est, cum libris nostris in grati-  
am. Etsi non idcirco eorum usum dimi-  
seram

List pisany roku Rzymu 707.

Varro człowiek wielkiemi umysłu przymiotami,  
ohywatelstwem znakomity, umiejętnościami zaś rzeczy  
podobno ze wszystkich swęgo wieku náypiérwszy.  
Takié mu świadcetwo dają: Cynceron, Quintylián,  
Lactantius, S. Augustyn, który o nim mówi: iż tak  
wielé czytał, że dziwná rzecz, iak czas do pisa-  
niá znalazł, a tak wielé piisał, że ledwie kto wszy-  
stkie jego dzieła mógłby przeczytać. Wielé z xiąg  
jego zginęło.

Do takięj umiejętności i wojenną chwale przy-  
łączył. Na wojnie przeciw rozbojnikóm morskim  
namiestnikiem Pompeiusza będąc, koronę zwycięz-  
kę morską na ów czas náychwalebniejszą odebrał.  
Trzymał także rząd namiestniczy Pompeiusza na  
wyprawie Hiszpańskięj, ale woysko Cęzarowi oddá-

sęram, quod iis succenserem: sed quod  
eorum me suppudebat. Videbar enim mi-  
hi cum me in res turbulentissimas infide-  
lissimis sociis demissem, praeceptis illo-  
rum non satis paruisse. Ignoscunt mihi,  
revocant in consuetudinē pristinā, te-  
que, quod in eo permansēris, sapientiorē,  
quam me, dicunt fuisse. Quamobrem cum  
placatis his utor, vidēor sperare debere,  
si te vidērim, & ea quae premant, & ea  
quae impendēant me facīle transiturum.  
Quamobrēm sive in Tusculano, sive in  
Cumano ad te placebit, sive ( quod min-  
ime velim ) Romae: dummodo simul si-  
mus, perficiam profecto, ut id utrique no-  
strum commodissimum esse videatur. Vale.

do

wszy, i hetmańskié ozdoby złożywszy, cały się do  
nauk obrócił. Od Cęzara proszony, na wyszukanié  
zawszad dzieł náylepszych, i ułożenié jego bibli-  
teki staraniáłożył. Od Triumwirów potém wywo-  
łany, pomocą przyaciól, a mianowicie Tuska Ce-  
lona od zguby ochroniony.

Senator Edilis plebis, Tribun: każdą z tych  
dostojność z chwałą nosił. Pompeiusza przeciw Cę-  
zarowi był obrońcą. Jedn z náywiększych Cyncero-  
na przyaciól. Roku Rzymu 725. dziewięćdziesiątole-  
tni żyć i piisać przestał. Obacz ieszcze wiadomość  
o nim przy Wypisach z Kolumelli na klasę piérwszą.

W tym liście oświadcza Cynceron, iako tęskni  
do widzeniá się, obcowaniá, i spólnęgo naukami  
bawieniá się z Warronem. Czeka ulgi w żalu z nie-  
szczęśliwości Rzeczypospolitęj.

In Tusculano, in Cumano. Wiejskié mieszka-  
nié w Tusculum (dziś Frascati) i w Kumach  
w Kampanii.



D O

HISTORI ASSYRYYSKIÉY,  
PERSKIÉY I EGIPSKIÉY.

Z CYCERONA.

O Bożkach i Wróżbach.

**M**ercurius quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare, quintus, quem colunt Pheneatae, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegyptum profugisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse. Hunc Aegyptii *Thot* appellant. *De Natu Deorum lib. 3. cap. 22.*

Jovem, Junonem, Minervam, Neptunum, Vulcanum, Appollinem reliquos Deos, ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt: neque solum facie, sed etiam ornatu, aetate, vestitu. At non Aegyptii, nec Syri, nec fere cuncta barbaria. Firmiores enim videtas apud eos omnes opiniones esse de bestiis quibusdam, quam apud nos de sanctissimis templis & simulacris deorum. Et enim fana multa expoliata, & simulacra deo-

O życiu i dziejach Cycerona wiadomość polozoną będzie przy wypisach z tego Autora na klaszku szóstym.

deorum de loci sanctissimis ablata videmus à nostris: at vero ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim aut felem violatum ab Aegyptio. Quid igitur censes? Apim illum, sanctum Aegyptiorum bovem nonne Deum videri Aegyptiis? *De Natu Deorum lib. 1. cap. 29.*

Ac mihi quidem videntur e locis quoque ipsis, qui a quibusdam incolebantur divinationum oportunitates esse ductae. Et enim Aegyptii, ut Babilonii in canoporum patentium aequoribus habitantes, cum ex terra nihil emereret, quod contemplationi coeli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. *De Divinatione lib. 1. Cap. 42.*

Vetus opinio este jam usque ab heroicis ducta temporibus, eaque & populi Romani & omnium gentium firmata consensu, versari quandam inter homines divinationem, quam Graeci *manikian* appellant, idest, praesensionem & scientiam rerum futurarum. Magnifica quaedam res & sa-

---

